Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

82. Annales Długosii. 1241-1406 (pismo XVI w.).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав. 82

A

S D



P K

Nr. 82. I. d/8.

III A 1

na operaria, doctrina herbu:

Ecclesiasticus III, 22-23.

Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris:
sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus
operibus ejus ne fueris curiosus, non est enim tibi necessarium
ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

E.M.

Benignitas agni cælestis et inscrutabilis prouidentiæ suæ arcbano cuncta prospiciens, cunctaqꝫ ratione gubernans, multisarijs scisuris calamitatibus exguerris, quæ in regno Poloniæ, a tempore quo vir sanctus & protomartir Poloniæ inclitus Cracouien Epūs Stanislaus ab impio Rege Boleslao salici tenore membratim truncatus est, miseratione solita compatiens & propitiam atqꝫ placatam de scelere in sanctum suū cōmisso se demonstrans lacer. & ex eor. qui in regionibus polonor. principabanturmalitia monstruosum & deforme Regni Poloniæ corpus reintegrare & priscam illi gloriam, priscumqꝫ tribuere disponen-

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. BAWORowskiego

splendorem, parua illi primum, quo altior eius futurus nota:
ri posset profectus, indidit initia. Q sepe in rebus ad sūmum
peruenturum humile exordium habentibus videmus contin:
gere. suscitauit namq3 spūm uiri heroici & ea tempestate
illustris Przemislai Posnanien Ducis. Qui ex pre eiusdem no:
minis Premislao maioris Poloniæ Duce de vetusta Regum
Poloniæ domo ducente originem, uiro spectate pietatis atq3
uirtutis & feruentissimi chriane religionis cultoris. & ex Eli:
zabeth Ducissa femina religiosa atq3 deuota ęditus, eiusdēq3
mris solerti studio & cura ab ineunte ætate virtuosis mori:
bus (pater enim ante natiuitatis suæ diem obierat) eruditus
ad hoc vnū solicitum studium, animumq3 intenderat, ut re:
liquias patriæ, non tam miserendę quam miserabilis seruaret,
simulq3 illam ad culmen regium & ad vnam Monarchiam re:
digeret sanctam illam fælicemq3 futuram ratus. si suo duca:
tu suisq3 consilijs & auspicijs pro pluribus Principibus vnū
Regem & Monarcham sortiretur. Irritabant ingentis spūs
vir. Prussia, Slesia, Saxonia, Vratsq3 ademptæ, lugebat
Cracouia Cæterasq3 Regni Poloniæ prouintias obeunte sine
literis Lestkone nigro Cracouien Sandomirien & Siradien
Duce, quinto consanguineitatis gradu eum contingente, mu:
tuis cladibus collidi. & plusq3 Ciuili gladio belli in propria
viscera conuerso discerpi. Grandi itaq3 & supra vires supraq3

ætatem animo

ætatem animo fretus, quamuis uarios et frequentes videret naturales dominos in Regni Poloniæ prouincijs principari, non cupidine terræ in Imperij non ambitione Regij fastus sed sola pietate charitateq3 in patriam permotus, magnis ausibus vniuersi Regni Poloniæ diuinitate inspirante, & constituit in animo & destinat Monarchiam, ad qd assequendum nō solum illum proprius & diuinitus infusus agitabat instinctus. Sed etiam Prælatoꝝ & Baronum Poloniæ & Pomeraniæ inuitabat mira affectio & consensus paternis enim clarissimis moribus et institutis maternis nō contentus adiectione propriꝝ radiabat. vnde facile in se tam primoꝝ q3 inferioꝝ fauorem conuerterat. Illeq3 unus inter Poloniæ Principes dignus visus habitusq3. Cuius tēpora insigni regiō adornarentur. Iam amū ætatis agebat trigesimū octauum. Ja in Pomerania Ducatum mortuo Ascanio sine liberis iuxta pacta inter eos in vita stabilita successerat, iam matrimonij iure uirgim Richsam filiam Regis Sueciæ feminam bonestis moribus plenam consilio & ordinatione Boleslai Ducis Calissien patrui sui germani copulauerat ex qua unicam filiam nōn maternum imponens ei Rischam genuerat, cum vniuersoꝝ Prælatoꝝ & Baronum Poloniæ concordi voto deliberatione & pari consensu diadema decretum. qui ceteris religione innocentia, fide, iustitia, inte-

gritate, clementia præstaret. Itaq3 cũ præclaras suor maior
immagines, tum res a se fæliciter iustõ bello paceq3 gestas. tũ
deniq3 omnibus in rebus modestiam suã susciperent par oĩbs
visum fuit, sibi vni genus polonicũ salutẽq3 illius cõmitere.
Et ut cunctis ordinatio sua innotesceret Regiaq3 vera:
tione a singulis coleretur, Anno natiuitatis dñi nostri
1295. Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto. die solis xxvi
Junij. al's die Dominico in Sanctor Ioannis & Pauli Martyr
celeberimus pr Iacobus Szwinka Gnesnẽn Archiepũs in Ec:
clesia Metropolitana Gnesnẽn celebratis ex more de spũ
sancto missar solennijs, præfatũ Præmislaũ Ducem in Re:
gem Ducissam vero & consortem suã Richscham in Re:
ginam Poloniæ inungit. sublimat, & diademate regio qd
(mir dictu) studio arteq3 uiror Ecclĩaticor per plures trãs:
actas ætates seruatũ custoditũq3 est, coronat assistẽtes
sibi Ioanne Gerbiss Posnaniẽn, Ioanne Romka Vratislauiẽn,
Goslao Plocẽn, Cunrado Lubucẽn Epis Palatinisq3 &
Baronibus Poloniæ principalioribus ac multitudine populi
copiosa. Procopius aũt Cracouiẽn & Vislaus Vladisla:
uiẽn Epi Cæteriq3 partium Cracouiẽn Barones & si co:
ronationi præfatę non aderant, expresse tñ & concorditer
in illam consenserant & de eius cõsumatione festos lętosq3
ducebant dies. ille, et annus mir immodũ insignis habitus

in hunc

In hunc itaq3 morem sceptra regalia honosq3 regius & digni-
tas poloniæ, fauente diuinitate reddita sunt, quibus per an-
nos prope ducentos caruerat, celebris quoq3 dies ille & an-
nus mir immodũ insignis habitus est, in quo quasi qua-
dam detestanda perniciosa Principũ pluralitate dispulsa
& uulnere ueteri curato Poloniam clementia saluatoris
ad florentem tranquillũq3 statũ & ad ubertatẽ põdusq3
culminis Regij perduxit.

Premislaus Ratiborien dux rare in beatissimũ Stani-
slaum Cracouien prasulẽ, uir deuotione & Monasterij san-
ctimonialium in Ratibor ordinis prædicator fundator &
dator Cum in õi uita sua sanctum Stanislaum mira de-
uotione coluisset, in hõrem suũ annis singulis in die sui na-
talicij, a Ratiborien Castro usq3 ad Monasterium prædi-
cator grandem cereum uires suas excedentem deferre soli-
tus, apparuit ei in extrema ęgritudine laboranti Beatus Sta-
nislaus & benignius consolatũ ut se ad festũ suũ celebra

Dum

præparet admonuit. Cui respondenti quomodo potero id face-
cere, cum sim valitudinarius & graui ęgritudine oneratus?
sanctus Dei adiecit. Ego te (inquit) adiuuabo præstaboq3
vires Dux Premislaus se id factur deuouens, in vigilia Be-
ati Stanislai moritur, nulla prolio derelicta, & in die suo festo
quamuis & duo germani sui fres. vc3t Casimirus Bithomien
& Mec3laus Thez3nen duces, & Ratiborten Barones, diutiꝰ
in aduersum niterentur. corpusq3 in alium diem sepelliendu
seruari vellent, in Monasterio prædicator in Ratibor Du-
cibus & Baronibus sententias mutantibus sepelitur. festu
beatissimi Stanislai no annue sed continue decętero celebra-
turus.

Coronationis solennijs rite magnificeq3 peractis Premi-
slaus Rex plures cum prælatis & Baronibus suis
voluebat agitabatq3 deliberationes. quatenus ęgru lacerq3
sui regni corpus. debita soliditate componeret. & terras

ab eo

ab eo abstractas & per almanos occupatas eidem reuniret.
Maior tn̄ & pręcipua oībus cura fuit, ne ex intestina Var:
cislai & Msczugij Pomeraniæ Ducum discordia Pomera:
niæ Ducatus & præsertim Ciuitas cum Castro Gdansk in
Cruciferor̄ ditionē peruenirent. Licet enim per Ducem Bo:
leslaum Calissiēn germanū patruū Premislai Regis, præfati,
Cruciferi non sine strage plurimor̄ fuissent, ex Castro
Gdansk, cuius occupatio tunc illis in magnū discrimen ces:
serat, eiecti. Ciuitatis tn̄ prædictæ Gdansk situ cōtemplato,
qđ maritima esset, & facile opibus mari importandis ex:
celleret, continuis studijs ad eius occupatiōm anhelabant.
Quid tn̄ Premislaus Rex primū ageret quoue se uerteret
ignorabat. Cæteris regni prouincijs mutuis aut exteris stra:
gibus laborantibus & suffragia per legatos implorantibus
distentus, placuit tn̄ Consiliarijs & regi per conditiones pa:
cis, nonnulla minores morbos habentia componi, vt fortior ad
expedienda cętera posset præstari vocatio, placuit & bella
sine cū finitimis, sine cū proprijs gerenda in longū, quo te:
ner̄ & molle Regni Poloniæ corpus coalesceret, et in virile robur
euaderet differri. Verum licet cunctis in circuitu finitimis ty:
rannis & nationibus Premislai in soliū regale sublimatio fuis:
set, inuisa & molesta, et varij ad rescindēdū eam, tā inter
Poloniæ Duces, qui fremebant se gloria Regali, per Premisla:
um anteiri, quam inter finitimos, quibus mox terribilis &
suspecta cępit esse Regalis ptas coquererentur rumores

Marchionibus tñ de Zgorzelecz, alʒ de Brandeburg vczt Ottoni longo, et alteri Ottoni, & maioris Joanni suspicionis atqʒ odij subministrauit ardorem uerentibus, ne Regia dignitate et accessione multaꝝ terraꝝ, ipsius regimen sponte subeutiũ auctus eos de Marchionatu prædicto captata opportunitate temporis exterminet, quos priuatus et vix decimũ sextũ agens annum ex munitionibus Strzelczę & Drzidei male per eos possessis exturbauerat periculum sibi & suis dominijs, nisi per eos Rex Premislaus cuius clarissima indole adhuc in puero habebant perspectam, morte subita tolleretur è medio euenturam rati in necem eius instigatione diabolica conspirant, propositũ sceleste rei celerrime anteqʒ prodi posset executuri.

Procopius Cracouiẽn Epũs moritur succedit Joannes Muscatha artiũ magr

Cracouien Epũs Procopius cũ annis duobus mensibs tribus in Cracouiẽ sede sedisset. Cui Joames vocatus Muscatha magr artium Archidiaconus Lancicien. nobilis genere natione Vratislauiẽn succedit. In die Sancti Benedicti confessoris concorditer electus &c.

Cruciger

Cruciferor magr Castri noui consumatiom Boleslao Duci Masouiæ prohibiturus colligit exercitum conspiratione domestica tu ab incepto reuocatur.

Moleste ferens Boleslaus Masouiæ Dux Castri sui Vissna destructionem per Magistrum Cruciferor factam, aliud rursum Castr cepit fabricare, cuius consumatiom Menhardus Cruciferor Magr prohibiturus, omnes homines Prussiæ seruos et liberos cogit in arma, sub quo tempore Tambien & Noctagen Prutheni, clandestina conspiratione inita apostatando à fide fres Cruciferos in Barthensten nil tale suspican comprehendut et occidunt. In alijs quoqz locis populationes, cedes & spolia in Cruciferos & ceteros chrianos vtriusqz sexus peragut. Quo malo comendator Kimgsbergen cognito, expeditione con Ducem Boleslau Masouiæ ommissa, in Prussia reuersus, gliscentem seditiom oppressit, & capita conspirationis instaurato iudicio puniuit. In Lithuania dein traducto exercitu, munitiom quandam ex qua Lithuani diffugerant exurunt. Castr vero Kimel à quo sepius repulsi fuerant, occisis multis Lithuanis qui illud defendebant conquirunt.

Premislaus Rex Poloniæ Sigillū regale conficiet & insignijs ornari

Annvs dñi 1296.

Natalem Domini qui in diem Dominicū cadebat et sequen solennitates Pramislaus Rex Poloniæ circa Ecclesiam Posnanien exegit, & celebri ac deuota religione in ueneratione diuinitatis usus, in erogandis pro Chri nomine elemosinis, supplendisq3 quorumlibet egentiū necessitatibus munificū se uniuersis atq3 liberalē prastabat, primitias regimis sui, in administranda iusticia, in defendēdo pupillo & uidua cæterisq3 sanctis et iustis operibus cęlor Regi vt suū stabiliretur imperium & suis cęptis assisteret diuinitas, deuouens atq3 consecrans, ampliori cultu & ueneratione in Deū largiori dextra in Gentes & propensiori pietate in patriam, nisi satis appetitus fuisset, usurus. Ne aut pietas sua quam erigendo regnum Polonia & ex iure Ducali ad fastigium rēgle uindicādo monstrauerat. processu temporis decideret, in sigillo maiestatis ordinatione sua pulcherime fabricato, literis capitalibus in Gir circum circa aquillā hunc textū inscribi in parte una iussit. Reddidit ipse solus victricia signa Polonis. In altera aut

parte

parte, sedebat in throno Regio imago regalis, tenẽs in manu dextra scepty, in qua etiam consistebat galea cum insignijs Polonicalium armor. In leua vero tenebat pomú cruce signatú, cum titulo literis capitalibus inscripto Sigillium Premislai Polonor Regis & Ducis Pomerania.

Premislaus Polonor Rex in Rogozno a Marchionibus Brandeburgẽ accedentibus domesticis de domo Tarębi & nalencz misere interficit.

Celebrato autem Catholico et patrio ritu saluatoris natali, Premislaus R[illegible] primú ex Posnania Gnesnam contendit, vbi aliquanto tempore, quantú expeditio rer publicar permittebat. Commoratus pro diebus carnispriuij in Rogozno descendit, et curiam Regalem illic celebrans, et victoribo certaminú premia proponens. Cognito aút per exploratores Ottho longus & Ioannes Cunradi Marchiones de Brandeburg Premislaú Regem in Rogozno solatijs deditú absqz cuiuslibet hostilitatis suspitione consistere, et uita salutisqz suæ custodiam pro explorato habẽ neglectú iri, loci insuper qui nullo uallo aut muro septus erat, debilitate prouocati, nó proprijs solú, sed aliunde quęsitis gentibus glomerati per noctiú latebras & syluar abdita ne à quoqz conspecti, temeritatis suæ pęnas

solucrent potius quã inferrent, feria quarta Cinerũ, sexto Idus Februarij, quæ fuit dies Sancta Dorothea virginis, in Rogozno die illucescente, tam inopinate et latenter, ut singulos falleret (ita enim inter eos conuentum sancitumq3 erat) perueniunt, atq3 in Regem Premislaũ in cubiculo Regio quiescentẽ proditorie et fallaciter (nullis enim illũ literis aut nunciis diffidauerãt) in suosq3 milites uarijs hospitijs & locis distũcibs, et ex hesterna crapula & mero graui sapore mersos, ebrietate graues, omnes certe inermes incompositos atq3 imparatos, insiliunt & irruũt. Et quãuis rei atrocitate nouitateq3 Rex Premislaus pẽcutsus, à quibus quantisq3 hostibus peteretur, penitus existeret ignarus, dispulso in pauore ut erat uir animi roborisq3 preclari, cũ suis quos pro facienda hostibus resistentia exhortatione sermone opereq3 animabat, in hostes insilit, & congressione facta multos ex illis aut uulnerat aut prosternit. Militis aũt magis quã Regis aut Ducis Premislaus Rex, officijs aduersus hostes usus, abundãs hostiũ multitudine, pluribus sagittarũ gladiorũq3 ictibus petitus, adextremũ fortissime, ut stirpi sua conueniens erat, dimicans cadit, corpore ex multitudine uulnerũ in terram defluente. Ab hostibus aũt seminiuus exceptus, grandẽ illis uoluptatis iucunditatisq3 materiam prabuit. Satagebant enim illum in triumphi speciem, in penates suos & terras deducere uiuũ magnũ suis & exteris populis spectaculũ, simulq3 maximũ

fame

famę et nominibus suis monimentū apud almanor̄ nationes prabitur. Verum dū ex letaliū vulner̄ multitudine langui; datum ac pene iam emortuū, saxones seruare, et in regiō eor̄ ducem conatiē equo imposuissent, & imbecillior foret quam qui equo insidere aut curru uehi possit moribundus titubāte corpore defluxit in terram. Dum insuper nulla vitæ Regiæ spes in crastinū durare posset portendi, in rabiem furoris con; uersi. In corpus captiuū et sauciū suapteq3 moritur̄ seuiunt, et illud pluribus pugionibus confodiunt, & crudelissima nece sexto Idus Februarij extinguunt, eo vno illos ad tantū scelus et nephas irritante, quod Rex Premislaus, non incruentā illis uictoriam dum plures et notabiles de suis desideraret reliquisset, In hoc tāt tam nephando execrandoq3 scelere, & si Theutonicor̄ erga Polonos malignus inuidusq3 perspici possit animus, qui orientē gloriam Regni Poloniæ, quantū in; psis erat extinguere pessumq3 dare conati sunt, crudelitas t'n Ioannis Comitis Brandeburgēn præfati non satis admi; rare potest. Qui cum esset præfati Premislai Regis nepos germanus ex sorore sua germana Constantia p'ris sui filia, quam Cunradus Marchio Brandeburgēn desponsauerat, su; sceptus. In necem t'n auunculi germani, et chri domi priuato e; tiam officio sibi uenerandū dextram extendere, & sanguinis sui parentem cruento mucrone de rer̄ natura tollere nō ex; pauit, pietatis uiolator accerrimus, & hōris sui atq3 famę proditor malignus. Habet & nonnullor̄ assertio, quosdam

Poloniæ Barones et milites de armis Kalencz, & Zarembi. necis præfati Premislai Regis fuisse contubernales & consocios et præfatoꝝ Otthonis longi, et alterius Otthonis atqꝫ Joannis Brandeburgēn Marchionū consiliorꝝ participes & patrati sceleris adiutores: siue q Rex ipse Premislaus uelut uegetioris uir ingenii, quęstus eorꝝ et lucra abrogauerat, aut uerisimiliter credebatur abrogaturus, siue q in eos aut eorꝝ affines, pro quibusdam excessibus animaduerteret, siue q eo sublato, alium cuius fauore statum et fortunas suas actū iri, succedere sperabant. Neqꝫ enim tanti Regis occiso prouenire credenda est. Nisi hostium Machinatiōm domesticorꝝ et familiariū prædictaꝝ, in honorem patrati adiuuisset accessio. Fama insuper est usqꝫ ad tempora Casimiri sēdi & optimi Poloniæ Regis, nobiles domorꝝ et familiariū prædictaꝝ in hōrem patrati sceleris. ea pęna & uota multatos esse, ut neqꝫ inter & equestrium ordines acicbus instructis consisterent, neqꝫ rubeo colore in uestibus uti auderent. Quæ tandē per præfatū Regem Casimirꝝ, dum cū Russiæ Principibus pugnatū fuit abolita. Funestū aūt Premislai Regis corpus exanime dum ex Rogoźno Posnaniam duceretur, plurimas, tam Ecclesiasticis quā sccularibus personis excussit lachrimas: lamentantibus cunctis, tam optimū Regem & reipub: Regni Poloniæ restauratorem atqꝫ parentem tam crudeli & subita nece concidisse, & Polonorꝝ prouinciȷs, nouam orbitatem induxisse. Sepultus aūt est in Ecclia Cathedrali Po-

posnanien

snanien in sepulchro prædecessor suor Regũ Poloniæ Jo-
anne Epo Prælatis et Canonicis Posnanien necnon Baroni-
bus poloniæ eius cohonestantibus exequijs, & omnia fune-
ralia iusta illi lege atq3 ordine, iuxta magnificentiam Re-
gio corpori debitam, soluta uixit annos xxxviii Menses
tres dies xxiiii. Regnat uero Mensibus septẽ. diebus vn.
decim. uir a Polonica gente. sumis per omnes successiones e
ætates celebrandus efferendusq3 laudibus qui patriã pro-
stratam et exanguem erexit, et uicinar regionũ dominam red-
didit, ac spiritum uitalẽ per multa secula fæliciter uictura,
lucem quoq3 ex caligine, et libertatem ex seruitute, ex maro-
re gaudium primus infudit. Quamobrem ut olim propemodũ
infælicissimi habebamur. Collisi omnibus scopulis, naui fra-
cta hincinde fluctuabamus, et illud herculis uerbũ uobis ue-
rius ac ipsi accidisset. Finis unius mali, gradus erat futuri.
Ita beati nuncupari possumus, qui ocs procellas dei clemẽtia.
Et Premislai Regis prouida ordinatione nedũ placatas, sed
in leuem placidũq3 Zephir aspicimus conuersas. Habuit ha-
betq3 nonnullor scrupulosius singula rimantiũ estimatio.
Qd tam crudelis tamq3 subita mors Premislao Polonor Regi,
ob necem in Lucerda consorte sua prima, patratã acciderit
facinus detestabile, pari pena diuinitate vlciscente, qm ipse
male suspectã habens, uel ut alijs placet obsterilitatis obro-
brium exosam ducens, iugulari procurauerat. Post cuius morte
à Militibus Pomeranis accersitus, aliquãto tẽpore Pomerania

tenuit principatum.

Marchiones Brandeburgen Prepositurã Santhocen Epãtus Posnanien abstrahit & capitulo Soldinen applicat.

Non quieuit post hec Marchiom Brandeburgen prefator furor, sed in altiorem facem excandescens, ab humanis ad diuina iura perturbanda prorupit. Prepositurá enim sancti Andrea Santhocen, Villa Kijowo Caterisq3 reditibus insignem. Cuius Prepositus in Clero & populo et in singulis Ecclesiis, infra Odram Juam Drauam, Varthá & Notes fluuios constitutis, iurisditione ordinaria utebatur, ad collatiom, prouisiom & omnimodú dispositiom Posnanien Epi pertinete, abstrahút, et ne quid comune cum Polonis habere uiderentur Preposituram predictá & eius Jurisditiom Capitulo Ecclia Soldinén atribuunt & applicant, ex quo deinde magnam dioc Posnanién in Santhocén Castellania & quicquid gentium intra flumina predicta sitú est, passa fuit sui corporis sequestratiom pro qua rescindenda, tam Andreas Simonouic3, qs Domancus Posnanien antistes, nullú diligentia humanę in Apostolico consistorio distracta & alienata repetens, genus omisit, sed his Joannes Lodza succedens rem optime actam & usq3 ad fines victoria, magnis súptibus & fatigis prope perdite tam

prosequi

Sprosequi destitit dissimulatione sua et neglectu scissuram et iniuriam Eccliæ suæ nutriens et tã parta quã paritura cõfũdẽs.

Vladislaus Lokietek dux Cuiauiæ eligitur in Regẽ

Ne autẽ Regnum Poloniæ per occisiõm Przemislai Regis diuisionũ guerrarqz laqueis contingeret inuolui, et Principes tyrannosqz uicinos in prædam direptiõmqz exponi. Prælati Baronesqz Poloniæ Regni et Ducatus Pomeraniæ conuentione in Posnania pro die sanctã Adalberti celebrata. Id primũ sibi agendum præcipuũ existimarũt, ut aliquẽ Principẽ prudentẽ animosum et maturũ in Regem substituant, attento qd R. Premislaus nullum uirilis sexus, præter unicã filiam Richsam nomine, reliquerit heredem. Et quãuis aliquorũ haberet assertio, iniquum iniustũqz fore, filiã Premislai Regis, a sorte Regni excludi, et hereditatem paternã sibi auferri, bẽficiaqz quampluria Regis Premislai per surrogatiõm externi Principis simul cum stirpe sua Regia obliteratũ extinctũqz iri. Periculorũ tñ ingentiũ moles, quo nisi probatæ uirtutis uir substitueretur Regnũ Poloniæ uerebantur pessũdari, et filiæ Regis Premislai, quæ octauũ tũc agebat annum iuuenilis ætas a cẽpta sententia illos desistere coegit. Votis igr singulorũ scrutatis, oĩm deliberatione, consilio, et assensu. Vladislaus cogno

mento Loktek Cuiauiæ Dux, Casimiri Ducis Cuiauien. filij Cu-
radi Cuiauiæ et Masouiæ Principis, sextum à Boleslao Poloniæ
Rege Sancti Stanislai interfectore consanguineitatis, duces
gradum, cum esset inter frēs suos. Lestkom nigrum Cracouien
Sandomirien & Siradien. Semomisl, Casimir & Semouitū, Lan-
ciciæ Cuiauiæ & Dobrzinen Duces, tertius natus in Regē & do-
minū Poloniæ eligitur, aſsumitur & nominatur. Tuq; Princeps es-
set rarę et singularis animositatis & prudentiæ. Tuq; illi
post mortem germani sui Lestkonis Nigri Cracſ Sandomirien.
et Stradien Ducis. Item ratione suæ consortis heduigis filiæ
olim Boleslai pij Calissien Posnanien Ducis, dictoy Posnanien
& Calissien Ducatuū, iure iusto legitimo debebatur successio.
hic quoq; unus credebatur, qui distinctū in plures Ducatus Po-
loniæ Regnū, ad unius corporis reduceret compaginē & adu-
uaret illud in uere stabilitatis unitatē constituūtur. et in
terra Pomeraniæ tres Capitanei. Petrus Swancza. Cancella-
rius Pomeraniæ. Laurentius & Jassko de Slaw. eisq; &
gubernatio et defensio terræ illius, interim quo Dux Vladi-
slaus Loktek, aliter disposuerit mandatur, auctoritate igi-
tur electionis huiusmodi de se factæ. Tam Cracouien. San-
domirien Lancicien et Siradiensis, quā maioris Poloniæ &
Pomerania Ducatuū sortitur possessiōm. et omnes in illius
obedientiam et ditiōm accedunt. Cæteraq; oīa ducatuum
pradicatoy, in potestatē suam tradūtur preter aliqua castra,
in Cracouien et Sandomirien ducatibus, de quibus se Vence-

slaus Bohemiæ

slaus Bohemiæ Rex, post mortem Lestkonis nigri Cracouiẽ et Sandomiriẽ et Siradiẽ Ducis intromiserat, et ratione illor se, non solum Bohemiæ Regem, Sed Cracouiẽ & Sandomiriẽ Ducem, et Marchiõm Moraviæ intitulabat.

Cruciferi Prussiæ Ecclesiã Culmẽ a iurisditione Gnesnẽ Archiepi abstrahunt Rigẽ adjcientes causa hęc Prepolito & Scholastico Vladislauiẽ sopienda cõmittr

Conuersatiõm et omnem communionẽ Polonor Magr & Cruciferi Sanctæ Mariæ de Prussia perosi. Culmẽ etiã Ecclesiam a Metropolitani sui Gnesnẽ ditione, sub qua annis plusq3 tricentis constiterant sequestrant, et Ecclia Rigẽ eiusq3 Archiepo in Liuonia illam subyciunt. Neq3 puduit illos pro acceptis benefitijs referre iniuriam et ex iusto Gnesnẽ corpore, in corpus adulterinum per remotissima terrar Mariumq3 spatia, Culmẽ Ecclíam transferre. Eam iniuriam. Iacobus Swinka Gnesnẽ Archiepus molestius ferens, causam Culmẽ Epo sub subiectione Metropolitica, coram Dobegneo Praposito ac Scholastico Ecclíæ Vladislauiẽ, monet autoritate rescripti Apostolici. Cuius talis extat tenor Bonifacius Epus seruus seruor Dei dilectis filijs Decano & Praposito ac Scholastico Ecclíæ

Vladislauien salutem et Apostolicā benedictiōm. Sua nobis Venerabilis fr̄ noster Iacobus Archiēpus Gnesnen petitione monstrauit. Qui Venerabilis fr̄ noster Ep̄us Chelmen eius Suffraganeus de prouincia Gnesnen se nō esse prætendens, ab ipsius Ep̄i iurisditione, in his quæ ad legē Metropoliticam pertinent se abstrahere nititur, sibiq3 tanq3 Metropolitano subesse indebite contradicit. Quocirca discretioni urā per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis, audiant causā, et appelatione remota, fine debito decidatis, facientes qd̄ decreueritis authoritate nr̄a firmiter obseruari Testes aūt qui fuerint nominati si se grā odio uel timore subtraxerint, per cēsuram Ecclesiasticam appellatione cessante, cogatis ueritati testimoniū perhibere.

Lokietek accepta multarum terrarum possessione non scripsit se Regem sed heredem Regni cū iactura reipublicæ

Post electiōm aūt de se ad Regnū Poloniæ factam Dux Vladislaus Loktek, in partes maioris Poloniæ ex Cuiauia domicilio suo, nuncijs et literis Prælatorum & Baronū partiū illarum euocatus post festum Paschæ aduenit et in Posnania (ille enim locus tūc insignior habebatur) mansionē suam figens, omne illic tēpus expendit æstatis. Expost uero in Calisch & deinde in Pomerania

diuertit

diuertit, de Castris et dominijs ad se deuolutis disponens, & nouos capitaneos substituens Benemeritos de se nobiles donationibus uillar et possessiõm remunerans et iuditia iusta querulantibus decernens. Et in Gdansk perueniens à Duce Lestkone filio Ducis Semomisl. suo nepote germano, qui terram ipsam ratione materni geris, ut propriam et hereditariã usurpare moliebatur. Item a Baronibus et nobilibus uniuersis. Item ab oĩbus ordinibus et statibus. Cũ solenni processione, qua illi ad mediũ miliare occurrerat suscipitur: et Claues Castri Gdansk per Ducem Lestkõm sibi traduntur. Egressus aũt ex Pomerania Nobilem Voislaum terra Pomerania Capitaneũ generalem constituit, et sibi illius terra omnimodã gubernatiõm et ordinatiõm comitit Lestkone Duce nepote proprio inde ne res statũ terra perturbaĩ moneret secũ educto. Quamuis aũt oim terrar Maioris Polonia & Pomerania nactus fuisset plenam & pacificam possessiõm Diademate tn regio, occupante Rege Bohemia Venceslao Cracouien, Sandomirien. Siradien. ducatus, distullit insigniri succedere tempus ratus quo pradictis ducatibus in suam obedientiã plene reductis, eius coronatõ posset, circumscripta quolibet ambiguitate tergiuersantiũ expleri. Vnde non se Regem Polonia. sed ducem & heredẽ Regni eiusdẽ scribere et gerere contentus, sua conctatione magnũ & suis & publicis rebus (ut in subsequentibus narrabimus) dispendium attulit & iacturam.

Ploceñ Epūs Goslaus moritur succedit Ioannes alt⁹

Epūs Ploceñ. Goslaus dū annos xvi sedisset moritur, et in Ploceñ Eccl̄ia sepelitur. Ioannem altū habuit successorem, ex pre Alberto & genere nobili ortū ducens, ob proceritatem corporis altus cognominatus a Iacobo Sawinka Archiepo Gnesnen cōfirmatus & consecratus Nobilis de dō Sulima.

Eccl̄ia cū Prepolito et tribus Canonicis in Glushino funda.

Decimo Septimo Calen Nouemb. Ioannes Posnanien Epūs. de Eccl̄ia parrochiali in Gluschin sue dioc. fundauit collegiatam Eccl̄iam Prapositū & tres Canonicos in ea instituen. et certas decimas reditus et prouentus eisdē assignādo.

Henricus Vratislauien cōmis so iure tutorio Bolesl̄ao Suidnicen duci Castro illi Sobota resignate moritur

Molestijs et tormentis transacta captiuitatis dux Henricꝰ Vratislauien filius Boleslai se in corpore et ualetudine debi-

litatū.

litatum & confectũ intelligens, et sensim se ad portas mortis apropinquare agnoscens, accersito germano suo Duce Boleslao Suidnicen̄, huiuscemodi uerba facit. Quamuis (inqt) angustiarꝝ et acerbitatũ mearꝝ huius quoqꝫ mortis quæ aduentat te cooperatorẽ nouerim, excessurus tn̄ ẽ uita et tribunal æterni Iudicis petiturus, singula tibi indulgeo & triũ natorꝝ meorum Boleslai Henrici et Vladislai (tot eñ reliquebat) tibi curam et tutelam mando. Rogans ut te fidelẽ & propitiũ nepotibus tuis patruum geras Qui et si ad id se pronum offerret. Tutoriam tn̄ subire nisi sibi de Castro Sobota perpetuo cederet recusabat. Qua re vehementius Dux Henricus quam conueniebat incensus, adiecit prioribus (inquit) malis quæ a te pertuli non contentus, etiam quæ residua sunt auferre conaris Dum itaqꝫ re infecta Dux Boleslaus Suidnicen̄ discederet. Nobiles et ciues Vratislauien̄ persuaserũt Duci Hẽrico, etiam de Castro Sobota ratione tutoriæ cedendũ esse, ne ex orphanitate plura ammittere cogerentur. Duce itaqꝫ Suidnicen̄ Boleslao reuocato sic illũ Dux Henricus est allocutus. Ex quo (inquit) absqꝫ Castri Sobota renũciatione tutoriam puerorꝝ meorꝝ abnuis suscipere, nõ solũ Castrꝝ Sobota tibi resigno. Sed & natos meos, deinde uniuersos Nobiles, Vassallos. Ciues, et subditos, et uniuersa quæ ditionis meę sunt, tuæ fidei simpliciter trado. In hunc itaqꝫ modũ tutoria Cura Dux Boleslaus Suidnicen̄ in se suscepta Dux Henricus Vratislauien̄ post triduũ octauo uc̄ꝫt Calen̄ Martij moritur. Et in Monasterio sanctimo:

nialium sanctæ clarę sepelitur, tres filios ut pręmisimus &

quinqꝫ filias relinquens Heduigim quæ desponsata fuit. Mar:
chioni Brandeburgen̄, quo mortuo intrauit ordinem Sanctæ cla:
rę in Vratislauia Annā in uirginitate mortuam. Helenam &
Helizabeth ordinem Sanctę Clarę in Vratislauia Gnesna pro:
fessas. Et Eufemiam al's Offkam Ottoni Marchioni Carīthię de:
sponsatam.

Lituani cū Pruthenis mutuis spolijs cędibus se affligunt

Vitenen̄ Lituaniæ Dux terram Culmen̄ in frequenti exercitu
ingressus, Magr̄o Prussiæ detractante pugnā eā spolijs cędi:
bus, et igne et presertim Golubien̄ districtū affligit. Deinde
in Liuoniam copias ducit, quo comperto Siffridus de Balga
comendator, et alius comendator de Kinsgberk Lituaniam
ingressi Castr̄ Garthin obsident. Quo nō quęsito cędibus spo:
lijs, et exustionibus factis, dū comperissent Ducē Lithuaniæ.
Liuonia nō vastata in proprium reuersū esse, q̄m celerime re:
deunt. Mille animas captiuor̄ secū efferentes.

Inuasit Lokietek Duces Sle:
siæ & populauit

Annus Domini 1 2. 9. 7.

Pomeraniæ

Pomeraniæ terra eiusq3 Castris et Ciuitatibus Vladislaus Loktek heres et dominus Regni Polonie unicus, ordinatis et ut cunq3 poterat bono modo compositis, in partes Maioris Polonie et deinde in terras Cracouien diuertit, plures enim oris illis habebat Barones, qui illū nimia colebant affectione. Sed in Crac' liber illi patebat ingressus. Vniuersis in suum principatū & regimen, quam in Vēceslai Bohemie Ducis, propensiori fauore inclinatis: magisq3 sibi in Ducatibus Cracouien, Sandomirien et Siradien q3 Duci Bohemie Vēceslao, ubicunq3 diuertebat, prater municipia que per Bohemos tenebantur parebatur. Sed neq3 Bohemie Ducis prefectos, aut eos quorum sciebat de polonis partium Vēceslai Ducis esse, sinebat pacificos consistere, sed continuis inuasionibus per se et gentes suas quas praday & spoliy assiduitate sibi illixerat lacessebat. Animaduertens aūt Slesie Principes de eius in Regnū Polonie assūtione facere iocos, fabulas, & derisiones, tam ex Polonis q3 ex Hungaris, qui secū uolūtarie militabant. Et quos ut premisimus spoliy impunitate alebat, iusto collecto exercitu, con Slesiam instituit expeditiom, tū Vt Duces Slesie sibi tanq3 totius Regni Polonie, cuius ipsi extant membra, domino parere inducceret, tū ne suū & gentiū suay militare robur pacis uoluptate languesceret. Slesiā aūt ingressus, maiorē partē astatis illic absūpsit & Slesie Ducatuū plurimas oras igne spoliys, prasertim th Ducatum Vratislavien Henrici mortui uastauit. Vltū iri cūpiens

BIBLIOTEKA W.B.

iniuriam: quã sibi prædictus Henricus Vratislauiẽn Dux post mortem Lestkonis Nigri germani sui Cracouiẽn Ciuitatẽ et Ducatum occupant irrogauerant, atq; plurimis prædis, spolijs & captiuis onustus ad propria cũ omni suo exercitu redijt sanus et incolumis.

Boleslaus Suidnicen dux Cũrado Glogouiẽn belluz indicit quod ut sopiretur Cũradus illi duo Oppida restituit circa que duo Castra erigit aliasq; Ciuitates muro cingit.

Varii etiam dissensionum et deinde bellorũ motus inter Boleslaum Suidnicẽn et Cunradũ Glogouiẽn Duces suborti sunt. Dux enim Suidnicẽn Boleslaus moleste ferens germanũ suum Henricũ Ducem Legnicẽn et Vratislauiẽn captiuitatis molestijs uexatũ et extinctum, et notabili portione Ducatus Vratislauiẽn exutũ; molestare illũ cepit et tractatibus pacis interpositis, duo Oppida uczt Hainow & Boleslaw illũ restituere compulit et Boleslaw quidẽ pro se et filijs retinuit. Et in districtu eius Castrũ Cliczdorff erexit. Hainoniam uero pueris Henrici Ducis Vratislauiẽn fr̃is sui seruauit. In cuius etiam limitibus Castrũ Koczonow construxit. Iustitia aũt & modestia suos et nepotũ Principatũ) gubernans, sub breui tempore magnas opes habuisse creditus est.

Vnde castra

Vnde Castra & Ciuitates Bregam Niempcz. Grotkow Muris nota-
bilibus erigens pracipuus inter Duces illay partiũ habebatur Vn-
de et Duci Bohemiæ Venceslao terris suis uastatiõm minãtis.
Congregato principatuũ suoy exercitu occurere. Vsqz ad locũ
Laudishute gradiens et cum eo decertare paratũ se ostendit,
ad Ciuitatem quoqz Vratislauien rebelliõm sibi, tanqz tutori ne-
potũ molienti, cum notabili exercitu accedens & obsidione eam stri-
gens. non prius supplicibus Ciuibus temeram mentẽ ignoscere.
aut Ciuitatẽ Vratislauien ingredi consensit. Donec altitudo Ci-
uitatis quatuor cubitis fuit detruncata.

Bruno Magr Liuoniæ Litua-
nos profligat Meiner Prusiæ
magr moritur Lituani in pu-
gnã redeunt cũ Liuoniis Bruno in cadit nouũ mo-
lendinũ à Rigen obsidetur hij à Gotfrido cedũt

Prima Junij Liuoniæ Magr Bruno circa flumen Credira cũ
Lituanis Liuoniam hostiliter uastantibus pugna cõfecta. mille
quingentis occisis, reliquos egit in fugam, et de suis tria millia
per Lituanos capta & conlecta uinculis in libertatẽ uindicat.
Decedit eo Anno Prussiæ Magr Meiner & Ludouicus de Schippni
sufficitur Lituani post hæc Liuonitay a quibus uicti fuerant pau-
citate comperta, in pugnam redeunt. Et magro Liuoniæ Brunone
occiso. omnem eius exercitũ deleuerunt. Qua uictoria Rigen

ciues tunc cũ Cruciferis graui odio et armis dissidẽ, in quoꝝ solatium Lituanoꝝ dux Vitenẽ cũ gentibus suis accersitus uenerat, plurimũ exhilarauit, qm̃ sperabant se Cruciferos de Riga eiecturos. Qui etiam propriis armis, absqꝫ Lituanoꝝ adiutorio Cruciferos Liuonitas uno certamine conflixerant, petito post hac et accepto Lituanoꝝ suffragio, obsident Rigẽ Castꝝ nouũ molẽdinum & fortiter illud impugnant, proueniſsetqꝫ illius conquisitiõ nisi Magr generalis ordinis Gotfridus de Henlech exercitũ sub ducatu frĩs Bruhan misisset. Qui ultima Junij cũ Rigensibus & Lituanis congressus & obsidiõm soluit, & Rigẽ et Lituanos cecidit.

Wenceslaus Bohemiæ dux cum coniuge in Regẽ coro-
natur post triduum cõiũx Iuta moritur

Quarto nonas Junij In Pentecostes festo Dominico die Venceslaus Bohemiæ dux se in Regem et coniugem suã Iuttam in Reginam in Pragẽ Ecclia per Maieburgẽ Archiẽpum procurauit coronari, et extunc se Bohemiæ Regem regere cepit. Post triduũ vero noua Regina, sed uetus coniunx Iuttha defuncta est.

Albertus Austriæ dux Adu-
phus Romanoꝝ regẽ insur-
git eundemqꝫ profligat occidit & in locũ eius succedit.

Romanoꝝ

Nonnullos Electorũ Principum Imperii qui conditiõm Arudolphi Romanos Regis despectũ iri moliebantur Albertus Dux Austria filius Rudolphi Romanos Regis fultus præsidio cõtra prafatũ Arudolphum Romanorũ Regem consurgit & prope Vormatiam, in loco qui dicitur Haseupul, exercitibus utriusqz magna pugna tertio nonas Julij concurrentibus Arudolphus R succumbens occiditur. Et in locũ eius Albertus Austriæ Dux uictor, ab electoribus maguntiæ electus surrogatur. Cuius electionem et si Bonifatius octauus reiecisset & approbare negasset. Consurgentibus tñ inter Papã Bonifatiũ et Philippũ Franciæ Regem guerris. Papa nõ solũ electiõm suã approbauit, sed & Regnũ Franciæ illi subiciendũ decreuit. Qua res multos malorum quæ secuta sunt, fuit seminariũ & origo.

Ob desidiã Regis magna pñ donũ licentia eius aucta

potentia & pestis fuit animalium maxima

Annus Domini 1 2. 9. 8.

Siluit terra Polonia anno illi, nec cũ externis per circuitũ hostibus bella gessit. Vladislaus quoqs Loktek dominus Regi Polonia, ab expeditionibus in uicinas hostilesqs terras quieuit. Milites aũt sui, spoliis & rapto uiuere asueti, externis defectibus, in proprios & domesticos manus committũt. Et in terris Maioris Polonia in quibus Vladislaus Loktek frequctius ma:

nere consueuerat, maior oppressio paupeꝝ et bonoꝝ Eccliasticoꝝ direptio crescebat: Et quamuis hac in iussu Vladislai fierent expers tañ culpa putari nõ poterat, qui huiusmodi oppressiones et spolia sua dissimulatione alebat, accessit et alia Regno Polo: niæ tunc pernicies. Nam animaliũ Brutoꝝ & pecoꝝ corpora, pestis siue ex influentia Cæli siue in expiatiõm humanoꝝ sce: leꝝ diuinitus immissa, tantũ debachata est, vt plurimi etiam ex locupletibus ad inopiam redigerentur et in uarijs locis a: grorum intermitteretur. ex mortalitate et penuria iumentorum et boum, cultura. In Pomerania quoq3 terram saxones & alij ho: stes sæpius grassati prædis & spolijs eã uehementer præmebãt. Domesticoꝝ insuper pradonum terrebatur continua uexatione, ade; oq3 duce Vladislao Loktek, maleficoꝝ et pradonũ negligente co; hercere excessum furor processit. Vt terra Pomeraniæ ad quãdã uastitatem uideretur redacta Dissolutũ enim se tunc Dux Vladi; slaus agebat Principem, et in mulieres male temperatum.

Lituani die Sancti Michae" lis terrã Chelmẽn lacera"

rauit et Cunrado tñ Comẽndatore profliguntur.

In festo Sancti Michaelis, Lithuani irruptione in terrã Chel: mẽn facta nouæ fundationis Oppidũ Strasburg uastant, cædũt, et diripiunt Vasa sacra contaminãt Quos Cunradus de Szak comendator. Cum Culmensibus militibus, in nemoribus cõsecuꝝ

prosternuns

prosternens consligit & omnẽ prædã hominũ, rerũ & pecor reduxit.

Espirans Henricus dux Pomeraniæ ad Regnũ promittit perpetuo Cancellariatũ Regni Epo Posnanien.

Henricus dux Regni Polonia Pomeraniaqꝫ & Slesiæ heres, ac dominus Glogouien, in festo sancti Joannis apd Coshan agens, patentibus lris se obligat et inscribit, qd si Regias insulas regni polonie fuerit assecutus Cancellariatus Regi Polonie apud Posnanien Cpũm pro tẽpore perpetuo remaneat, promittens illi assignare reditus iuxta quaslibet Ciuitates, vbi frequentius cum Curia illũ demorari continget. At ego Felix & Auspicatũ Regnũ Polonie dixissem, si eius diademata, Henricũ ducem cũ Barba et suam nobilissimã et beatã consortem Hedui: orim sortiri contigisset Cuius præfatus Henricus Glogouien exta: bat pronepos.

Glogouien dux Cunradus diaconus ueneno extinctꝰ

relictis duobus filijs & tribus filiabus Glogouiæ moritur.

Glogouien dux Cunrãdus, quem in superioribus diaconij gradu ex spe consequenda Bambergen Ecclie insignitũ mostrauimus

a nonnullis suis militaribus uenenatus apud Glogouiá moritur Et in Eccliá Collegiata Glogouien. quam cú Thoma Vratislauien Epo communiter fundauerat sepelitur. Duos filios superstites ex Salomea filia Vladislai Ottonis Maioris Poloniæ Ducis cum tribus filiabus Anna. Eufemia. & Heduigi susceptos relinquens. Henricum Glogouien. Cunradú Stinauien, qui et Gibbosus corpore, ob eam deformitatem Dux Kokirlensis nucupatus. In Prapositum Vratislauien processu diey. quo deformitas ipsa minus haberet probi promotus post obitú prís Et in uita huiusmodi Ducatus sortitos. Tertius uero Premislaus Sprothauien Dux in pralio apud Seuiior habito. atatem Iuuenilem agens occiderat.

Sedecimo Calen Martij Vladislaus dictus Loktek Dux Regni Polonia fundat Monasterium frúm minor. in Radzicion in dioc Vladislauien.

Joannes Epūs Posnanien moritur succedit Andreas Simonouicz.

Joannes Gerbisch Posnanien Epús cum annis xii sediſset moritur. Et in Posnanien Eccliá sepelitur Cui Andreas Posnanien Canonicus. ex pré Simone uocatus Simonouicz. Nobilis genere de familia Zaremba per electiom Canonicá succedit a Jacobo

cobo Swinka

Spinka Gnesnen Archiepo confirmatus & consecratus.

Cum Loktek multis iniu-
riis Eccliam et Clerum Po-
snanien afficeret Epūs An-
dreas omnem diocesim Eccliastico supponit interdicto
Cui recociliatus Loktek dama oia reficit.

Annus Domini 1299.

Inualescente dietim oppresione, crescentibus qz grauaminibus, quibus Eccliá Posnanien nonnulliqz militares per Vladislaú Loktek, suosqz milites et Curien erant affecti, eo malignitatis deuentum erat. Vt iuribus diuinis & humanis nepharia uiolatis, etiam ab edibus sacris nó abstinerent, sed et ipse Vladislaus Loktek dux, in uitia militú prolapsus, uirginú et ingenuar matronar pudicitiam uiolenter prostituebat. cerueusqz quasi contagione quadam & impunitate sceler, singula uel iá deformata esse uel prope deformanda. Quapropter Andreas Epūs Posnanien Eccliæ suæ, cleriqz & populi suæ dioceſis iniurias et oppresiones pro quibus apud Vladislaú Loktek sepe lris & nunciis, tandem personalr questus nullá poterat correctiom, emendam & iusticiam referre in animam inducens, tolleranti amqz tot malor Vtém superuam credens offensurú defesionis suæ dextera extendens gnali Dioc suam Posnanien supponit in-

terdicto. et in omnibus locis, in execrationẽ horꝝ quæ gerebantur malorꝝ prohibet celebrari diuina. Qua res Vladislaũ Loktek & in eorum quæ gessit, et geri nõ prohibuit pẽnitudinem. et si quæ gerenda meditabatur cautelam induxit. Vnde pro certas Ecclesiasticas seculariesq3 personas reconciliari Ecclię, et Andreæ Posnanien Epo, et Eccliasticum tolli interdictum, restitutiõm ablatorꝝ per prius impensa. obtinuit, huius aũt anni maiorem partem prefatus Vladislaus Loktek, in partibus maioris Poloniæ absumpsit. dirigendo et ordinando negotia publica et pro hiemis tempore in oras Cracouien remeanit.

Lituani Terram Prussiæ et Noctagen regiõm vastant.

Exigenti Lituani Equestres terram Prussiæ ingressi illã barbarica uastabant Tyrannide contra quos Comendator de Brandeburg, collecta equestri & pedestri suorꝝ multitudine egressus apd Noctagen regiõm aliqmdiu latuit Lituanos illuc aduenien facile ex improuiso obtriturus. Vere Lituanis uenire tardantibus Gentes Crucifericę ad propria dilabuntur Lituani interim superueniunt et Noctagen uastant et pradantur. Ducentos quoq3 et quinquaginta de chrianis aut occidunt aut captiuant.

Archiepũs Rigen per Cruciferos captiuatur

Joannes dictus Zwerin Archiepus Rigen per Magrm Liuoniæ et fres Cruciferos, domus Theuthonicor Sanctæ Mariæ, quia ipsor Crudeli proposito et in subicienda ipsis fribus Ciuitate Rigen, aut funditus delenda renuebat consentire, captiuant, qd malum. Non solu in persona ipsius Joannis Zwerin, sed etia in alijs duobus uczt, Joanne Vrchta et Alberto Archiepus antecessoribus suis, attentauerunt, superioribus annis Fredericu de Hazeldappe Epum Darbasen, à suo Epatu proiectu excluserat.

(Koniec Xięgi 8mej)

Et Barones poloniæ graui amaritudine et odio contra Vladislaũ Loktek concepta, ꝙ in quandam inconstantiam tyrannidẽq; cõuersus, non defensioni et amplitudini Regni Poloniæ, sed oppressioni et rapinis subditorꝝ uacabat, et quia deprauatas actiones suas, a quibus se cessaturꝝ a primoribus correptus spopõderat resumebat. Conuentum apud Posnaniam oĩm terrarꝝ agunt. Vbi postq; grauamina oppressiones, cętereq; afflictiones per Vladislaũ Loktek, aut suos illatæ recensita sunt, subiit singulorꝝ pęnitentia, et desperatio animos de Duce Vladislao Loktek aliquañ Electiõm celebrasse. et Regni Poloniæ principatum ei mandasse, qui regimĩs sui primitias, præter spem opinionemq; de illo habitam indignis mancipasset abusibus, et ab institutis moribusq; Catholicorꝝ Principum degenerans Maioribus alcoribusq; transgressionibus et tyrãnide præsumebatur succedente tempore usurus, qui nõdũ stabilito confirmatoq; regno, nondũ ornatus dÿademate regio insolescẽs ad plures deformitates nullatenus tollerabiles proruperit dans demonstransq; ingenij et propositi sui monimenta haud dubia

quali

qualiter regnū administraturus erat, ex his quæ in ipsis inicijs nouauerat. Faliciterqs actum secū putant, qđ Coronationis & unctionis decor nōdū insignitus, facilius eius imperiū & principatus poterat rescindi. abrogandū itaqs et finiendū eius regimen. tanqs inutile sibi uniuersali sententia oēs decreuūt. Et quo magis eor ratum ualidūqs decretum. & minus posśit aut ab ipso Vladislao Loktek, aut quocunqs alio infirmari Venceslaū Bohemiæ Regem, et qui se Cracouien & Sandomirien Ducem, propter Ducissa Griffinę relictæ Leśkonis nigri donatiom, de eisdē Ducatibus, ut in superioribus prēmisimus factā gerebat, eligūt in dominū et in regē respicati ad id respectu permoti, quatenus & reintegrato Regni Poloniæ, quod prafata scindere conabatur Griffinæ Ducissa donatio, et iustius modestiusqs illius proueniret regimen.

Decreto huiusmodi nullo discrepante condito et ab uniuersis approbato et laudato. Nuncij solennes nominē Pralator & Baronum Regni Poloniæ Pragam ad Venceslaū Regē Bohemiæ destinantur. Qui illuc uenien omni dignatione dic mādata Pralator et Barōnū Poloniæ exponunt ac Venceslaū Bohemiæ Regem deprecantur, quatenus electioni de se ad Regnū Poloniæ concorditer factæ, benignū prabeat aśensū et illius acceptet imperiū et regimen: neqs ad aśentiendū scrupulus prioris Electionis de Duce Vladislao Loktek facta animū suū perturbaret. Cum electio ipsa integra et ipsius Ducis Vladislai

exigentibus demeritis cassata sit, et eius imperiú atqꝫ regimen consensu uniuersali abrogatú exiguoqꝫ laboris & fatigę impẽdiolo Venceslaú Bohemia regem, si regnú Polonia acceptauerit et illuc personalr accesserit, cũctas aduersitates et Oppositiones Ducis prædicti Vladislai dispulsuy Quæ ut facilius iustiusqꝫ proueniant suggerunt Polonoy Legati. Venceslao Regi. Quatenus uirgim illustrẽ Richscham, alꝫ filiá olim Przemislai Polonia Regis ueram & unicá Regni Polonia heredem et generis nobilitate. & uirtutú claritate, formeqꝫ uenustate plurimum celebrem accipiat in consortem. faliꝫ iustúqꝫ Imperium Regni Polonia ex huiusmodi connubio habiturus. Rex aút Bohemia Venceslaus, huiusmodi polonoy legatiom cum consilio Prælatoy et Baronú suorum diebus plurimis digerens, et intelligens eam cedere in suam amplitudiné et profectú, Electionem de se ad Regnú Polonia facta, publicú et expressá prabet consensú, ac legatis Polonia eú conducentibus Poloniam in pulcerrimo Magnificoqꝫ apparatu ingressus est, primú Calisch, et tandem Gnesnam pertingens, in Ecclia Gnesnen, per Jacobú Swinka Gnesnen Archiepum, assistentibus sibi Vislao Vladislauien, Andrea Posnanien Joanne Romka Vratislauien Epis, Palatinorumqꝫ Baronú & nobilium Regni Polonia multitudine copiosa. In Regem Polonia cú unctione debita & solenni, ac uniuersoy statuú alacritate et fauore ungitur & coronatur.

Wenceslaus Rex filiam Przemislai ducit in vxorẽ

& Loktek priuat oĩ regni parte.

Coronatioĩs peractis solennijs. Wenceslaus Poloniæ et Bohemiæ R. ex Gnesna in Posnaniam diuertit, et uirgĩm excellẽte rare formæ Richsham al's Elizabeth filiam olim Przemislai Regis Poloniæ et eiusdem Regni Poloniæ unicã heredẽ, quæ cura solicitudineq3 Baronũ Poloniæ Posnaniæ educta. Iam ad annos nubiles peruenerat, præsentibus Consiliarijs Poloniæ et Bohemiæ Regnor in consortem desponsat. matrimoniũq3 cũ ea in faciæ Ecclĩæ contrahit et tandem consumat, ubi nuptiis Regio more celebratis et hastiludijs cẽterisq3 spectaculis iuxta magnificentiam Regiam peractis munera Prælatis & Baronibus Poloniæ partitur. Iam enim præfati Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis, prior sponsa Britta filia Rudolphi Regis Romanor et soror Alberti Austriæ ducis, unico filio Wenceslao edito diem obierat, nuptijs aũt huiusmodi ritte peractis, oĩm terrar Regno Poloniæ subiectar, sed et terre Pomeraniæ plenã nanciscitur possessiõm quar gubernatiõm præfectis suis cõmittit In Castris tamen principalioribus, quo solidius eius Regnũ consisteret, Bohemor Barones locat, et Hinconi de Duba Bohemiæ Baroni maioris Poloniæ cõmittit. Capitaneatũ, duce uero Vladislaum Loktek, collecto Polonor notabili exercitu, non solum trĩs Cracouiẽn, Sandomiriẽn, et Siradiẽn maioris Poloniæ, et Pomeraniæ, priuat & oĩa Castra & præsidia quæ

nomine illius tenebantur in suâ redegit ditiõm, sed etiã patrimonio suo Ducatu Cuiauien et Lancicien exuit: et exutũ de regno Poloniæ expellit, non passũm illum in aliquo loco consistere, diuinitate han sibi reddente iustissime uicem, qui in principatũ totius Regni Poloniæ magis fauore diuino quam suo merito enectus, animũ artibus assensatoꝝ inescatũ in Cõdiaꝝ et subditoꝝ oppressiõm intenderat. At Vladislaus Loktek magna animi constantia usus, dũ urgebatur stabat, dum terrebatu fidebat, assurgebat dũ premeretur, caqꝫ animi moderatione et pacientia fortunã superabat aduersam et mittebat sub iugum, sub huius aũt Venceslai regimine Bolesla: us Prior heremi in Suarnogacz cum fribus suis in Monasterũ Oliuã se transferens habitũ & professiõm Cistrecien una cũ fri: bus suscepit. Rex quoqꝫ Venceslaus Bohemiæ Poloniæ prafatus, omnes possessiones et reditus, quas heremus pradicta donatione po: loniæ principũ habuerat. Monasterio Oliua donauit et uniuit. Transijt etiam prafatus Venceslaus Poloniæ et Bohemiæ Rex in Masouiam et Pomerania, et positis Castris circa Gostinin Ploczskam conquirere et obtinere nitebatur, sed cũ conatus sui nõ haberent effectum, pluribus pradis et spolijs factis inde discessit.

Occupatio Venceslao bellis intestinis Rutheni magnã incensiõm in Polonia faciũt.

et libere grassantur Loktek nullibi satis tuus Romã vadit & Venceslaus cũ uxore ad Bohemiã redit.

Occupato

ades eorꝝ exustę. Et Nicolaus dictus Szamotula, Archidiaconus Posnanien̄ interfectus. Multa quoqꝫ damna alia et strages cōmissa. Præsidio aūt huiusmodi per Milites Polonię depulso, et pace reddita, in pęnam crimīs per Przemkonem Ciuem Posnanien̄ commissi fuit sancitum et laudatum, qd̄ nemo ex filijs Ciuiū Posnanien̄, ad dignitates aut prębendas Eccl̄iarꝝ Cathedralium Regni Poloniæ debeat promoueri vel assūmi.

Joannes altus Epūs Plocen̄ moritur, dū annos xiiii sedisset. Et in Ecclia Plocen̄ sepelitur Cui Joannes Abrahę succedit, a Prælatis & Canonicis Plocen̄ via scrutinij electus, et per Janislaum Archiēpum Gnesnen̄ confirmatus et benedictus Nobilis genere et actione de domo et familia Nalencz.

Ungari coacti interdicto vlali Carolū Marcellū in Regem eligunt reddit' omnibus regalibus.

Post varias seditiones diuisionesqꝫ intestinas, quibus Hungariæ Regnum post mortem Andreę Regis afflictū est,

est, alia quoq3 pernicie premi cepit. Frater enim Gentilis de ordine minor. S. Martini in Montibus Carlis per sedē Apostolicam. Cui tunc Clemens Quintus præsidebat procurante Philippo Francor. Rege Cui stricta affinitate iungebatur, ad pacificandum Regnum Hungarię. et stabiliendum Tronum Caroli Marcelli missus, annis tribus et amplius salutiferas admonitiones suas. quibus Barones Hungaria ad restituendum occupata per eos. et longo tempore posseſsa regalia inducebat. contemptum et perditum iri animaduertisset Principales Barones Hungaria, et hos præsertim, qui maiorem rebellionē suis monitis opponebant Apostolica autoritate damnat anathemate. et eor. terras et dominia Eccliastico subicit interdicto Quo effectū est Vt multa corpora morientium Baronū et nobilium Hungaror., extra ades sacras et Cimiteria, terra prophanę mandarentur. Quo malo Hungari perculsi. conuentū in Pesth agunt, vbi in primis Vladislaum Woiewodam Transiluanien. coronam materialem, quā capto vt præmisimus Othone Bauaria Duce nactus fuerat Qui et ipse per Carlem prædictū. qđ cū Stephano Seruia Rege scismatico. data ei filia affinitatem iunxerat. excomunicationis Vinculo innodatus erat, et omnes Barones eor. reddere

Regalia

Regalia Carolo Marcelli, et ipsú veneratione Regia & cultu prosequi compellunt. Quibus compositis et oĩbus Regalibus redditis, et interdictú cũ censuray relaxatione sublatú est et Carolus prædictus, in Alba Regali tunc primú ab ipso Caroli vnctus, et in Regem Hungariæ coronatus, solidum et pacificum Regni Hungariæ regimen sublatis competitoribus et diuisionibus Ciuilibus adeptus est. Qui etiam processu temporis Mariam filiam Casimiri Poloniæ Thesnen et Bithomien Ducis, accepit in consortem, Virginem tunc forma rara præstantem.

In Italia et Sarmacia tota inundatio atq; fames maxima.

Eo anno in Italia Polonia, Bohemia, et Almania maxis tempestatibus coortis, tanta inundatio subsecuta est, vt multa Oppida, villæ et rura, simul cũ hominibus et pecoribus perpetua alluuione absorberentur. Sol quoq; vltima Junij passus est Ecclipsim ex qua subsecuta est magna sterilitas vini et Bladi, qualem nemo meminerat a predecessoribus audisse. Ex inopia quoq; panis et Bladi herbas

herbas et radices ad trahendū vitam homines manducare compulsi sunt.

Gladislaus Vratislauien Henrico Glogouien (quē supra mortuū dixi mus) bellum infert Bona mortui Henrici inter filios suos quatuor partiūtur.

Paternas Iniurias Boleslaus Vratislauien Dux, Filius Henrici Quinti, in filio Cunradi Glogouien Henrico vlturus, mouet illi bellum et terram suam crebris inuasionibus vastat, Henricus vero Glogouien, sat animi ad resistendum habens, cum Boleslao confligit et multis hinc inde cadentibus succumbit, ea victoria Boleslaus Vratislauien Dux elatus, Oppidoy et villay militibus suis donationes facit Curias insuper, Coreas, et hastiludia celebrare cepit et ad famam sua liberalitatis multis concurrentibus militibus, grandi ere alieno se inuoluit. Henricus aut Glogouien Dux prafatus, qui et ipse Regnum Poloniæ obtinere nitebatur, cū esset à Pralatis

et Baronibus Maioris Polonia velut nepos, ex sorore Salomea Przemislai Regis Polonia, ad Posnanien et Calissien Ducatus assumptus. Et ob id se. nó solum Glogouien Duce sed et Regni Polonia heredé titulabat. Quinto Idus Decemb. apud Glogouiam moritur et in Luben Monasterio sepelitur. Quatuor filios ex Mechilde filia Alberti Ducis Brunsuicen relinquens, vest Henricum cui pro sorte cessit Zeganum, Cunradum qui Olsuam, Przemislau qui Glogouiam, et Joannem qui stenaniam et Goram sortiti sunt. Posnanien enim et Calissien ducatus pre eor Henrico absumpto filios. qui Theutonicor tantúmodo secuti consilia ab illis regebantur, pertesi illico in Vadislai Lokteic cesserunt obedientiam, vt facilius reintegratio corporis Regni Polonia efficeretur. Inter filios aút prafati Henrici Glogouien Ducis. Cum Przemislaus Glogouien Dux. vegetioris esset ingenij et prius eligeret mori, quam Ioanni Bohemia Regi ad id illum et fres suos stringenti subici, veneno a proprijs vasalis toxicatus nullam ex se relinquens prolem interijt. Et apud Luben Monasterium requiescit. Cessit aút Henrico Zaganen. et Ioanni Stenanien, in cómune Glogouia. Cunrado per Stinaniam contentato.

Sed

Sed illico Ioannes Stinauien Ioanni Regi Bohemiæ, me
diam partem Oppidi Glogouien se concernentem, non eo qui-
dem anno sed processu temporis vendidit, et Henrico frī vē-
ditione huiusmodi multa dispendia subministrauit. Ioan-
nes enim Bohemiæ R. alterius partis, quæ Ducis Henrici
erat Capitaneo largitione corupto, exercituaľ versus
Glogouiam aduenit, et Glogouien Ciues detractaň eū ad
possessionem totius Ciuitatis admittere subiugatos. Ciuita-
tem à Capitaneo Henrici Ducis sibi traditam ingreditur
et vniuersum Glogouien Oppidum perperam, in suá rede-
git ditiom. Sub hac oppressione et grauamine. Henricus
Zeganen Dux absumptus, et in Monasterio Luben sepultus
filius eius vnicus, eiusdem nominis Henricus, adeo pa-
ternam iniuriam moleste tulit, vt pro recuperatione mediæ
patris Glogouien Oppidi Ioannem Bohemiæ Regem,
et filium sibi in Regno succedentem Carolum, continuis
guerris et inuasionibus vexaret, neceſseqꝫ haberet Caro-
lus Bohemiæ Rex, cum notabili exercitu aduenire, &
Glogouien Ciuibus ferre opem longo iam tempore ab Hen-
rico lacessitis. Prīs aut occupationem alterius prīs Glo-
gouien Oppidi ratus, (prout erat) iniustam, eam Henri-
co Zeganen Duci suam ditiom et subiectionem profiteń

restituit, et diuturnam concertatiõm meliori cõpositione ex:
tinguit Obeunte insuper Ioanne Stinauien̄ et Oppido Gora
inter Cunradũ Olsnicen̄ Ducem patruũ et nepotẽ suum Hen:
ricum Zeganen̄ et Glogouien̄ Ducẽ partito Cunradus præfa:
tus Olsnicen̄ Dux, ad grandeuam senectutem perueniens mo:
ritur et in Trzebnicen̄ Monasterio sepelitur, unicũ filiũ
Cunradum relinquens.

Cunradus onuenit Magister cũ Loktek sup terris Pomeraniæ Magr

petit donari vel uendi Vladislaus petit restitui sic re infecta discedunt.

Annus dñi 1311

Vniuersa terra Pomeraniæ, et Castris eius Magr Carolus et Cruciferorum ordo, dolo armisq3 expugnata; Baronibus quoq3 et Nobilibus eius partim necatis partim expulsis, Magr Carolus prædictus pro eius ampliori occupatione anim̄ simul et curã intendit, et per nuntios

lr̄asq3

trasq3 Ducem Vladislaum Lokctek precatur. vt secũ in loco competenti conueniat, super terra Pomeranie et eius occupatione concordiam initurus Dux aũt Vladislaus terre Pomerania predicta restitutiõm et damnor reffusiõm, sperans per aliquos tractatus et conditiones posse melius quam per bellum componi. in conuentiõm cũ Magro et ordine, ob huiusmodi causam tractandam consentit. Tandem in Brzesczie Cuiauien Oppido. dũ tam dux Vladislaus cum Pralatis et Baronibus Regni Polonie quam Carolus Magr. cum Comendatoribus suis conuenissent, cepit Vladislaus Polonie Dux. Comemoratis primũ multipharijs beneficijs a Principibus Polonie ordini impensis. per qua ab humili et tenui sorte in eam amplitudiñ atq3 substantiam peruenissent graues suas iniurias a Magro et ordine sibi illatas queri, qd vczt patrimoniũ suũ et hereditate terram Pomeranie, hostilr denunciatione belli nõ pramissa. Oppidis et villis exustis occupassent et qd in Baronibo et Nobilibus alijsq3 fidelibus suis. crudele cedem aũt exclusiõm egissent, attenderent religiõm suam, attenderent et vocatiõm recentiaq3 sui aui Cunradi beficia qui eos primum in regiones has accersijt, et donationes

largas contulit, obliteratú iri nó sinerent ne ve eum prædi-
cta hereditate Pomerania. In cuius defensiom adsciti fue-
rant, spoliare dignum ducerent, diuinam vltionem si hu-
mana deficeret, quandoq3 contra se in compensationem,
tot malor9 effundendam habituri. Carolus aút Magr nihil
hor9 qua obijcebantur sciens valensq3 defendere, omnia
enim sonora, et nulla caligine aut excusatione velari, nul-
loq3 ingenio humano poterant refelli, supplicare Duci Vla-
dislao et Prælatis Baronibusq3 Regni Polonia, quá obie-
cta purgare nephanda adorsus, magno studio maioriq3
calliditate flagitans. Vt terram Pomeraniæ circa ordi-
nem sinerent consistere: vtq3 ab eo & ordine, tam terræ
Pomerania, quam damnor9 illatorum refusione in auro &
argento et pecunijs accepta, Jus illius, proprietatem, ac
Titulum, per præsentes trás se profiterentur in perpetuú
vendidisse et resignasse offerebat ad hec Magr et ordo
Cenobium cuiuscunq3 Dux Vladislaus mallet ordinis, de
numero quadraginta Monachor9 pro sua suorumq3 proge-
nitor9 salute data sufficienti dote fundatur9. Castr9 quoq3
Xieschow cum villis Orlow et Murzinow restituturum
et pro qualibet sua et regni Polonia necessitate et guer-

ra, qua

ra quadraginta lanceis suis damnis et expensis propriis perpetuo seruitur. Non mouit aut hec supplicatio oblatioq; Ducem Vladislaum, sed ad indignationem coleramq; accendit, dum contra suam et Consiliariorum spem, nō terre Pomerania restitutionem, sed quadam leuia et indigna videbat sibi offerri, et proinde edito ad hanc supplicationem responso quod nulla supplicatio, nullaue oblatio ad vendicationem terre Pomerania posset cū peruincere iniquas dis-serens elemosinas, iniqua sacrificia prouocatura Deum in deterius, qua de raptis et contumelijs illi contingeret offerri, tristis et furibundus et de corruptione terre et hereditatis sue Pomerania secum et consiliarijs suis multa uoluens ex Brzesczie discedit. Tenuitq; ab eo die, vsq; ad tempora Casimiri tertij Polonie Regis et vsq; ad annū dñi Millesimū quadringentesimū sexagesimū sextum. ordo Crucifericus Pomeraniā tyrannice et per iniuriā occupatā, ultra quam tanti ordinis conditio et christianitatis religio postularet, donec miseratione diuina operante proprijs militibus. Ciuibus. et subditis contra ordinem consurgentibus, et annis quindecim Casimiro Rege Polonie tertio assiduo bello ordinem premente, Regno Polonie reddita et reunita est.

Querens Magr aliq iuris ad Terras Pomeranix illas à Valdemaro Mar: Brandeburgen emit cuius venditionis Literar tenor inseritur.

Repulsũ se. et in petitione ac spe sua Magr Prussiæ Carolus spretum videns. magno tn ardore ac occupandam terram Pomeraniæ propter portum maris. Cuius iam inescatus erat largo introitu, feruens curam et studium. vt quocunq; titulo etiam fantastico et colorato eam sibi et ordini appropriet et vsurpet intendit. Ad Voldemar itaq; Brandeburgen Marchiom et nepotem suũ Joannẽ destinata animo executurus nuntios mittit. et ut sibi terram Pomeraniæ pro decem marcar milibus lator grossor vẽdat et perpetua venditione inscribat. donet et resignet paciscitur. Nihil veritus ab eo se terram Pomeraniæ petere, quem nõ longe transacto tempore, Polonor et suis armis

ab eius

ab eius iniusta occupatione fugauerat. Voldemarus aut Brandeburgen. pecuniam decem milliu marcar. sibi per Magistr. oblatarum pro lucro insperato et votiuo gaudens offerri. Cum sciret se et præfatu Ioannem nepotem suum nihil Iuris proprietatis et tituli habere in venditionem et resignatiom huiusmodi. velut in rem no sui iuris, vltro annuit et consentit. et pecunia decem milliu marcar. lator. grossorum in Slupsk vt uero alij asserut in Calish per nuntios et homines suos, vczt Peczkom de Lessow et Lutkonem de Wel a Magro et ordine accepta et numerata. Terram Pomeraniæ Magro et ordini, per certi tenoris lras, vendidisse se et resignasse profitetur. Illarum tenores inserere libro huic opere precium visu e. vt suma ambitio, summaqz iniquitas. scelerata voluntas et vendentis et ementis appareat. simulqz costet, qua nepharijs et exquisitis dolis, fraudibus et ingenijs. ad occupatiom terræ Pomeraniæ Magr et ordo aspirarit. Literar. itaqz Marchionu Brandeburgen huiusmodi venditionem et resignatiom testantium tenor est talis.

In nomine Dni AMEN. Quoniam iuxta verbum

viri sapientis, generatio preterit generatio aduenit, nihil stabile nihilqꝫ permanens est sub sole, sed vanitati atqꝫ mutabilitati subiacent vniuersa, et ne cũ labentibus an: nis, rerum magnifice gestarum et per vtiliter, pariter la: batur et aboleatur memoria Munificentias et libertates, presertim in pias causas et loca religiosa collatas scri: ptura conuenit perpetuari. Nos igr Voldemarus Dei gr̃a Brandeburgen̄ Lusacien̄, Marchio, tutorqꝫ Illustris Jo: annis Brandeburgen̄ Marchionis ad vniuersoꝝ notiti am presentium futuroꝝ cupimus deuenire, attenden̄ quæ quanta et qualia virtutum religionis ac deuotiõis benefitia, per religiosos viros Chr̃i Milites Magr̃um et fratres ordinis hospitalis Sanctæ Mariæ Theutoni: corum Hierosolimitanen̄ Ecc̃liæ Chr̃i, in suis membris in Prussiæ partibus, maxime in plantanda extensione fidei chr̃ianę et eiusdem plantatę defensione impendãtur cõ: tinue quemadmodum tam eoꝝ sanguis, qui pro chr̃i no: mine signa suæ Militiæ proprio sanguine rubrican̄, ad dominum emigrarunt, qm̃ eoꝝ vita, qui in negotio fidei adhuc fruen̄ spũ, sub continua expectatione Martirij ꝑ æterno gaudio, gladios et tormenta in fideliũ subire

non me:

non metuũt, quottidiana facti euidentia, satis perlucide manifestat. Proinde ad brachiũ fortitudinis paganor. conterendum, et ob salutem et prosper. atq; pacificum statũ chri fidelium terra Pomerania incolar. de nostror. Consiliariorũ sano consilio et consensu, ad laudem & hore Dei et gloriosę mris eius virginis Maria, et in remissionem nostror. progenitorum nostrorum peccaminũ, ac etiã vt prasator. frũm bonorum operum nonnihil participemus, Eisdem chri Militibus, quorum spes verus Deus est, vczt Magro et fratribus, ac eor. ordini, partim pradicte terre nre Pomeranię vczt Castra et Ciuitates Dancwilc Dersouiam, atq; Swieczam, necnon omnem terram circumiacentem qua ad dicta Castra ab antiquo pertinebat, pro Decem millibus marc Brandeburgen argenti et ponderis, pure, rite, ac rationabiliter vendidimus et vendimus, cũ Castris, Castellis, Villis, monetis, Theloneis, victualibus, feris, cum agris, cultis et incultis, viis et inviis, pratis, pascuis, syluis, nemoribus, lacubus, paludibus, venationibus, piscationibus, Borris, mellificiis, cum omni vtilitate et fructibus, qua de dicta terra in presenti percipi poterint, in his qua super terram humano se representat conspectui,

aut qui percipiendi sub terra, futuro tempore apparebũt, vc̃ꝫt in Sale plumbo ferro, cupro, argento, auro, aut in cuiuslibet generis metallo, quocunqꝫ nomine censeatur. Et si in ea quomodolibet poterint reperi. Cum omni Iu: re, dominio, iudic̃o, ac proprietate in perpetuũ libere possidendam. Quam nominatam pecuniam nobis re: cognoscimus esse solutam integralr̃ et ex toto, et ad vsus nostros, et incliti Ioannis Marchionis Brande: burgen̄, Cuius tutellam gerimus esse c̃omissam, sepe di: ctam vero terram præfat̃ Magr̃o et fr̃ibus ac ipsoꝝ or: dinem, in possessiõm eiusdem, quietam et pacificam in: ducens cum õi pleno dominio et integrali libertate, et proprietate, Renunciantes nihilominus pro nobis ac pro Illustri Ioanne Marchione Brandeburgen̄ superius nominato, ac pro nostris suisqꝫ successoribus et hęre: dibus legittimis imperpetuum omni actioni, impetitiõi, difensioni, exceptioni, õibusqꝫ alijs priuilegijs ac lr̃is grã ac iustitiam c̃otinentibus, iam impetratis seu e: tiam impetrandis, iam habitis seu habendis, ac õibus quæ in posteꝝ, quocunqꝫ iure Canonico vel Ciuili Can: telis, contra præsens instrumentũ de facto vel de

Iure

Jure possunt obici vel opponi, in his prorsus in oibus cõte-
tis in pradicta parte terra nostra sic vendite iuris do-
minij, vtilitatis aduocatia patronatus, vel cuiuslibet
alterius Jurisditionis vel potestatis quocunqs nomine
posset appelari retinẽ nobis seu inclito Joanni Marchio-
ni Brandeburgẽ et haredibus seu successoribus nostris
omnibus, Sed otiaria ea et singula, cũ libertatis ac pleno
et integro Jure proprietatis et possessione ac dominio in
pradictos Magrm et frẽs ac ipsor ordinem in perpetuum
transferẽ. Insuper profitemur et recognoscimus, nos se-
pedictis Magrc et fratribus a Sex^mo nostro dño Henrico
Dei grã Romanor Rege et semper Augusto, super huius-
cemodo nro contractũ confirmationis lras impetrasse. Vt
aũt hac omnia pia donationis nrã facta rata permaneãt
et inviolabilia perpetuo tempore perseuerent, prasens
scriptum, super his cõfectũ nostri Sigilli appensione du-
ximus roborandum. Qui quidem dictus Marchio Joan-
nes, sui etiam sigilli patrocinio, cũ ad annos ætatis le-
gittime deputatos peruenerit cõfirmabit. Testes aũt hu-
iusmodi tractatus sunt nri fideles dñi Henricus de
Regestein et Vlricus de Lindow Comites, Ludolphus

de Hasso de Wedele, Bernardus de Ploszek, Henricus et Fredericus de Halnensleue, Droyseco de Chrache, Hinricus Heningus, et Henricus de Slegieli, Bernardus de Bruk et Hinricus de Werbin milites. Hinricus de Gradzon Præpositus. Slateko nrã Curiæ protonotarius et quam-plures alij, nihilominus fidei testimonio decorati. Actũ Datũ in Curia Bredẽn, in Vigilia Beati Jacobi Apostoli. Anno Dñi 1311.

Quomodo Bohẽi expulso rege Henrico Ioannem ducem Luczemburgẽn in Regẽ accipiũt, quę domus 126 annis regnauit in Bohẽia.

Crescente in dies Baronũ Bohemiæ, cõn Regem suum Henricum Corinthiæ Ducem indignatione & odio seditione insuper Militum et rebellione populi sensim gliscentẽ sępe Rex ipse Henricus inuasione hostili lacessitus, pluresq; de suis australibus pro eo militantibus, aut cesos aut captos videns, in Castro Pragẽn superne prospectans, suorũ et hostium certamina intra se con:

se concludebat, accipiens in sui tutellá & defensá nouoꝝ mi-
litum ex Austria supplementú. Non enim alter etiam intra
proprios parietes constitisse a fraude Bohemica rebatur se-
curus, Barones aút Bohemiæ, dú apperta rebellio doli quoqꝫ có-
tra Henricum Regem sepe tentati secus acciderent ad alia
ingenia aliosqꝫ dolos rursú conuersi Henricú septimú Ro-
manoꝝ Regé Comitem de Luczemburg qui propter prastan-
tiam morum, virtutum, et actionú suaꝝ, quibus alios Illu-
stres et in Principatu cóstitutos anteibat, Alberto Roma-
noꝝ Rege et Duce Austria scelere et impietate germáni
nepotis Ioannis occiso ad imperium fuerat cócorditer sur-
rogatus, in Ciuitate Spirén tunc agentem adeunt, et causis
aduentus sui, discriminibus quoqꝫ ~~sui~~ Regni Bohemiæ qui-
bus collisione intestina atritum est expositis, precibus et
persuasionibus plurimis perficiunt, vt filium suú Ioannem
xiiii annum tunc agentem, Elizabeth virgi. filia olim Vence-
slai scdi et sorori Venceslai tertij Regum Bohemiæ, ad
quam Regni Bohemiæ ex pluribus respectibus venit suc-
cessio et hereditas, Matrimonialr coniugat et de Regno
Bohemiæ inuestiat. Imperiali iurc. et vxoris sorte Hen-
rico Corinthiæ Duce vniuersis Bohemis infesto & exoso.

electo

electo, illic regnatur. Henrico aũt Romanor. Rege ad singula quæ Bohemi deposcebant persuaso Elizabeth virgo xxvi annum agens in Spiram adducitur Et nuptijs iuxta magnificentiam Regalem celebratis, prafatoqꝫ Ioanne de Regno Bohemia iure imperiali investito. Ipsum cũ sponsa noua et gentibus armatis adiungens illi Petr. Magunti: nẽ Archiepum et quosdam Comites et Barones Almaniæ, pro faciliori Henrici Bohemiæ Regis exterminio Bohemiam remittit. Qui cum Pragam perueniens illam obsidione cinxisset. Henricus quoqꝫ Rex Bohemia resistentiam opponeret, fraude tñ Ciuiũ Pragẽn. nouis Decemb. portis Ciuitatis appertis. Ioannes Comes Luczemburgẽn, cũ omni gente secum militante, in Pragam receptus est. Henricus aũt Rex Bohemiæ, videns fraudibus & dolis Bohemicis vbiqꝫ sc septum, altiora discrimina & sui status dedecoꝫ veritus, è Castro Pragẽn. Cum Margaretha consorte, & suis omnibus intempeste noctis silentio excedit in penatibus suis Carintie securius de cetero mansurus Pragẽn aũt Ciuitatis cetere exemplum secuta. Omnes deditioe facta in Ioannis Comitis Luczemburgẽn obedientiam venere, ipse quoqꝫ Ioannes Comes. Baronibus Bohemia id procurãt et soli:

et solicitantibus, pridie nonis Februarij in Regē Bohemiæ Consors sua vero Helizabeth in Reginam per petrum Coloniēn Archiepum inungitur in Ecclia Pragēn et coronatur. Qui à tempore Coronationis prædicta Baronibus Bohemia ad id illum instigantibus, se nō solū Bohemiæ sed et Poloniæ titulabat et regebat Regem. Quamuis nullū ius Regni Poloniæ electione, vocatione, aut successione quātumlibet remota, sortiri illum contigerat. Ex eoq3 tempore, vsq3 ad Sigismundum Imperatorē, Bohemia per annos ferme Centum et xxvi in potestate Lucemburgēn fuit sub illis quoq3 et præsertim sub Venceslao quarto, in varias hæreses atq3 errores prolapsa est. Quos sub diuersis Regibus et annis multis, vt in sequentibus narrabimus tenuit practicauit & dogmatisauit.

Lituani Prussiā dupli ci Prutheni atq3 cruci

feri triplici expeditione Lithuaniam vastant.

Primarius Lithuanoꝝ Dux Vichtenen. omnibus suaꝝ

gentium copijs collectis et ordinatis. Terras Prussie sub
carnis priuij tempore ingressus Magnam partem per cedes
et flammas redigit in desolatiõm et famillam. captis aũt
quingentis hominibus in Lituaniam prospere. preda, spoli-
orum et captiuorum onustus reuersus Idolis suis. de for-
tuna, quæ illi apud Prussiam contigerat. gratias. quasi
hęc illi eor propiciatione contigisset. holocausta et libami-
na offerebat. Comendator interim de kingsberg uno agi-
ne et quinq; comendatores altero agmine. diuersoq; iti-
nere Lithuaniam surẽ et bilem gestãn ingressi. singula
qua occurebant. nulli deferẽ ætati conditioni vel sexui,
aut occidunt aut exurunt. Et tam Ducem Lithuanor Viche-
nem quam gentẽ suam post actam expeditiõm vacantem
in cõmessatione et voluptatibus grauissime perturbant &
lacessunt. Lituanis aũt decertare nõ ausis. magno capti-
uorum numero potiti Prussiam absq; incõmodo reuersi sũt
Eam vastationẽ Dux Lituanor Vichtenem vltũ iri satagẽs.
Quatuor Militibus pugnator facto ex ceteris delectu copa-
ratis in Vigilia Ramis Palmar. Prussie oram intendit.
et cuncta ferro et igne cedenda, predasq; agendo. usq;
ad Brunsberg grassatus. Ecclias Dei vasis & cleno-

dijs

dijs suis spoliatas dat in flámam. Diuinissimú quoqs Eucha-
ristiæ Sacramentum in terram cú ignonimia proiectu, ore
conspuit, et pedibus obterit et conculcat. Exprobrans ca-
ptiuis christianis Deum eoꝝ, cui cultú et honores diuinos
exhibent se disperdidisse. Maxima itaqs cędc et incen-
dijs in Catholico debachatus. Magro et Cruciferis pu-
gnam detractantibus, in Lituaniam pellens captiuorum
magnam multitudinem & spoliorum supellectilem regre-
diebatur. Dum aút statiua in vna syluaꝝ ad collem in
limitibus terrarum consistentem locasset, recogniturus
et inter suos diuisurus captiuos, captiuos adducit, et
virginibus atqs ancillis, quæ sole absqs viris et matronis
Mille quadraginta numeꝝ explebant, cępit illudere, que-
rens an nosset vbi eoꝝ Deus consisteret. Jubens aút sa-
crarium in Pruthenoꝝ terris. In quo sacramentú corporis
Jesu chri claudebatur receptum, asserri, fracto sacrario
prophana manu Diuinissimú Eucharistiæ Sacramentum
exertum, ante pedes virginú et alioꝝ captiuoꝝ protecit,
Quod nephando ore conspuens, et spurcicissimis pedibus
calcans atterebat, cú ea cótumelia atqs probro. En Deum
quem colitis et inuocatis sub vris oculis cótero, nó va-

lentem neq; mi resistere neq; sibi aut vobis suis cultori-
bus auxiliari. Iam Deus uester me illum conculcante &
conterente disperijt. Dij mei potentiores sunt, quorum
adiutorio prosperor, et quor nutu vos captos et vin-
ctos detineo, quibus satius est honorē et cultū diuinū
quam vīro exhiberi. His improperijs et contumelijs
sanciati, et nec quicq; contra Barbari Principis rati-
oni hiscere, velut captiui, ausi suspirijs et fletibus im-
mensis quas magnitudo doloris, pro iniuria sui cōditoris
eliquabat, Barbari superbam arrogantiam contimidi ta-
cite precabantur. Non tulit superna Maiestas diutius
blasphemari nomen suū altera si quidē die diluculo. VIII
Idus die Martis Mensis Aprilis Prussia Magr Henri-
cus de Noczk cum octuaginta Militibus fribus de or-
dine et forti aliar gentium propriar, et exterarū nume-
ro. Ducem et exercitum Lituanicum in eisdem statiuis,
quibus nomen ibi blasphemauerat diuinū. consecutus, pugnam
acriter conserit. Et licet Lituani aliq;diu restitisent, ad
extremū omnes victi fugatiq; sunt. In fugientes vero &vi-
ctos acriter seuitum neminem seruari placuit. Singuli capti-
uor, aut in patibulum acti, aut undis suffocati. Ex tanto

Lituanor

Lituanorum exercitu, nemo prater Duce et eius Comites duos qui et ipse in capite vulneratus aufugit. Cruciferi tá victoria quam Castris et spolijs hostium potiti, solutis etiam suorum captiuor agminibus alacres in domos reuersi. In memoriam tam famosi triumphi. Monasterium Sanctimonialium in Thorun fundant, fabricant, atq; dotant. Egit et alteram comendator de Brandeburg in Lituanos expeditionem, et vastato districtu pongrodine, ne cú Duce Lituanor tam Lithuanos quam Samogitas continente in armis cogeretur confligere citato agmine discedit. Egit & tertiam in Lituanos. Eo anno Magr Henricus de Ploczko expeditionem, et scda Julij Lituaniam ingressus, ferro & igne districtú Salsemicei vastans, etiam tria Castra illic conquirit et incendit. Dat autem multis Militibus Lituanorum in stragem, Septingentos in captiuitaté ducens, per superato Memel, duodecim fribus desideratis, qui per insidias Lituanor dum Cruciferi flumen Memel trajciunt occisi sunt regressus est.

Ad inquirenda Crucife-
rorum scelera quibus se se vehementer

inquinauerant Papa quintus Legatos desi-
gnat per literas quarum exemplar est adiúctū.

Clemens Papa Quintus in Auinone tunc agens per-
pendens Magrm et frēs totumq; ordiné Domus Theuto-
nicorum Beate Marię de nigra cruce, in Prussia & Lwo-
uię partibus constitutos, plures crudelitates, in vari-
as Catholicor prouintias perpetrasse Ioanni Archiepo
Bremen, et Magro Alberto de Mediolano Canonico Ra-
uennaten. Capellano suo, tam horrendor facinor per li-
teras Apostolicas committit inquisitiom et examen:
In quibus cędem per ipsos frēs in Ciuitate Regni Polonię
Gdansk factam et alia teterrima scelera cómemorat.
Quarum literarum tale habetur in Ecclia Rigen origi-
le
nasse in quo triginta et vnus articuli contra eosdem
fres conscripti deducuntur.

Clemens Epūs Seruus seruor Dei Venerabili frī Jo-
anni Archiepo Bremen et dilecto filio Magro Alberto
de Mediolano, Cannonico Rauennacen Capellano nro
Rauennacen Capellano nro salutem & Apostolicam
bene-

benedictiõm. In vinea domini licet immeriti cultores positi et custodes, sic in ipsius culturæ, salubrisq3 custodię nos debemus ministeriis exercere, vt in ipsa infatigabilr operantes, extirpandis vitioꝝ spinis & peccatoꝝ tribulis, qua superficiem eius interdũ obumbrare conantur, necnõ plantandis virtutum germinibꝰ. in quibus altissimus delectatur feruore spũs, et diligẽti solicitudine intendendo, ipsã ab illis, præsertim oppressionum discriminibus tueamur, qua sub pietatis specie, cautius subintrãt, difficilius præcauentur. Sane tam prædecessoꝝ nostroꝝ Romanoꝝ Pontificum quã nostris continuatis succesiue temporibus, ex clamore valido et insinuatione famosa, ad audientiam sedis Apostolicę est adductũ. Qd̃ præceptores & frẽs hospitalis Sancta Maria Theutonicoꝝ, ad hoc solum per Sedẽ eandẽ in Rigẽn et Luouiẽn et Prussiæ prouinciis cõstituti. Vt Ecclias ac personas Ecclesiasticas aliosue Catholicę fidei professores, vallo fortitudinis munientes, ipsos a paganorum et Scismaticorum tueantur incursibus et ad dilatandum ibi Catholicę fidei nõn. et cultũ iugiter elaborent. In grauem (proch dolor) nr̃i redemptoris iniu-

riam, fideliũ cunctorum obbrobriũ et eiusdẽ fidei decre:
mentum, facti sunt. hostes domestici. et familiares. sunt
redditi inimici. non insurgẽ pro Chr̃i nomine. aduersus
hostes fidei. Sed in eorundẽ fauorẽ. (quod stupet au:
ditus) varijs calliditatum generibus. dimicandum. po:
tiũs contra Christum. ad id̃ precipue. prout euidentia
facti ostendere dr̃. intendẽ. Vt Ecclijs omnibus ea:
rumq3 facultatibus. alijsq3 bonis fidelium dictar̃ par:
tium eor̃ vsibus applicatis. in rerum amplitudine conta:
bescant. Propter qd̃ dimissa chr̃i militia. ymmo contra
chr̃i fideles armis nequitiæ. bellum miserabile conferẽ.
Nonnullos Archiepos qui fuerũt pro tempore. aliosq3
Prælatos et personas in dignitatibus constitutas. illar̃
partium. non absq3 iniectione manuũ in ipsos timore Dei
postposito temere. violento. detestabili. & sacrilego
ausu capere. diris mancipare carceribus. et alias eis
graues corporales afflictiones inferre. damnabiliter
præsumpserunt. Sic de xiiii Ecclijs Suffraganeis.
Quas Eccl̃ia Rigẽ Metropolis. partium earundem
habere consueuerat. septem totalr̃ deleuerunt. septẽ
alijs in tali statu dimissis. vt plus sint dedecori &

pudori

pudori decentia pastoralis, quam si penitus nó adeſsent.
Nam de quatuor earum deiectis Canonicis in eis Canonicé institutis fribus sui ordinis pro Canonicis in dictis Ecclesijs locarunt, quos in eisdé de facto instituunt, sicut volunt, et tales eor confratres pro Canonicis se gerén, eligit in ipsos, quos idem preceptores frés mandant de suis confratribus eligendos. Electi vero talr falsa immo uerius confirmatione aliqua non obtenta, in Epos se faciunt consecrari, nullam obedientia eidé Rigen Eccliæ loco Metropoli facién. In residuis aut tribus Cathedralibus Ecclijs vacantibus, intrudunt personas quas volunt etiam minus dignas de quibus per potentia sua abusum Electiom faciunt celebrari, ac de modo et forma Electionum huiusmodi, nulla examinatione premiſsa, per antedictos frés sui ordinis pro Epis se gerén, electos huiusmodi in Epos faciunt consecrari. Omnia bona earundé Eccliar, qua insignes consueuerant habere Pontifices, cum solennibus capitulis, latis et magnis facultatibus et redditibus abundan, proprijs usibus nó absq; pernicioso Earundem Eccliar dispendio, enormiter applicando, seq; vt liberius in pradictam Metro-

lumine veritatis abiecto. Errores (proch dolor) pristinos re:
sumpserunt. Et sic quondá Lechonien Ecclia Cathedralis,
in dicto Regno consistens. Cum sua Ciuitate & dioc non
absq; multay fidelium animay & corporum deplorando
periculo miserabiliter fuit deleta, populum etiam Chria:
num terre Semigallie habentem Epum & prasbiteros or:
thodoxos. Qui eis Ecclastica sacramenta ministrabat
Iidem praceptores et frés totalr deleuerunt. Nobiliores
eiusdem terre, quos ad conuiuium inuitarunt, proditionis
nephandę & miserandę seuitia mutilatiõm capitũ perimẽ.
Reliquam multitudinem populi dictę terre. Vtra quá
Centum milia vtriusq; sexus. ad terras paganoy crude:
liter profugarunt. dictiq; fideles. eorumdem paganoy in
depressionem fidei perpetue sunt redditi seruituti. Propter
qd & Epátus Semigallie. qui per septem dictas amplá
dioc obtinebat, totaliter de medio fuit sublatus. et vt
omnino impediatur ampliatio fidei in partibus pralibatis
et proponendum verbũ Dei facultas quelibet subducat.
Ex eo qd frés ordinis ordinis minoy Castri Brunsberg &
iusdem Rigẽ prouincie. pradicationi dictoy paganorũ
insistẽ. Verbum Dei continuę diffundebant. ac quidam

frater

frater dicti ordinis, iugiter per paganos iugiter discurrens, virtute verborum et operꝝ choruscando, die quolibet multos paganos cognitione vere fidei illustratos sacro regenerationis lauacro inouabat, eisdem frĩbus minoribus, de isto loco ignonimiose deiectis, eundem locũ funditus destruxerunt, nullos omnino eiusdem verbi prædicatiõm insistere permittẽn. Ecclias quoqꝫ, oratoria et capellas ædificare pro Neophitis non permittũt, ita qđ dicti Neophiti, in rudimentis fidei non instructi, ac in Ecclijs cũ Orthodoxis participiũ non habentes, nec in fide nec infidelibus moribus sunt conforme. Pessimũ etiam viciũ eorumdem paganorꝝ sectãn confratres suos, si quos contingit interdum in hostili congssu vel conflictu aliquo vulneribꝰ sanciari. Contra morem eiusdẽ fidei Orthodoxe, priusqꝫ expirent, impietate quadam, sęuissime feritatis extinguunt, eorum corpora flammarꝝ incendio concremando. Ac vt præmissa et eorꝝ alia detestabilia scelera eiusdem sedis effugiant notionem vniuersos fideles clericos et laicos, cuiuscunqꝫ dignitatis aut status existant: ad exponendum querelas de ipsis tentarꝝ persecutiõm necessitate cogente, ad sedem Apostolicam accedẽn crudelr perse-

quuntur; mortem eis per se & alios inferendo, sicut hęc in personis, quondam Magri Alexij Doctor decretorum, plebani plebis Thorunen. et aliorum quamplurimor, quos redeuntes de Romana Curia ad quam venerant contra eos, crudelr occiderunt dicuntur liquido apparere. Nec dum finem præmissis enormitatibus imponen. sed mali esse, boni credi, sub pallio ignorate nequitia cupien passus & itinera debita, per qua de Ciuitate Rigen exitus & redditus, ad eandem quadá necessitate incuitabili peraguntur, sub ea faciunt custodia detineri, vt non nisi personis quas volunt gressus ex ea pateat vel regressus. Sicqz dicta Ciuitas exitum et redditum liber nó habédo, eiusdem obsidionis angustia dispendia cogitur deplorare. Ad quam quidem obsidionem praclusis itineris quorúcunqz vestigiis fortius angustandam, quoddá Castrum á superiori parte ac portum Monasterij. Diminuden Cistrecien ordinis, eiusdem Rigen Diocesis. In quo eadem Rigen Eccłia ius obtinet patronatus, ab inferiori parte eiusdem Ciuitatis Constiten, absqz quibus Ciuitaté eandem, nec per terram, nec per Maris vestigia, vllus potest ingredi vel exire, quodam illicito emptionis

titulo

titulo. Cū Monasterij alienatio, sacris sit prohibita Canoni-
bus. et etiam ipsius Monasterij Diminunden per pie memo-
riæ Gregorij Papę noni predecessoris nostri, priuilegium
spirituali cuiuslibet alienationi contractus foret, specia-
liter interdictus, temeritate propria occuparunt et de-
tinent occupata, propter quæ in eisdem prouincijs, in qui-
bus Eccliam suam fetu nouę prolis ad fidem comisę
dns ampliabat, familiari peste intestina excercente scui-
tiam non solum fides radicata et fundata no proficit.
Sed etiam persecutione domestica, et nisi celeri accura-
tur remedio, non ibi deperit Christianum Nouissime ad
nosty peruenit auditum, qd dicti praceptores & frēs
hospitalis eiusdem. Dilecti filij Nobilis Viri Vladi-
slai Cracouien et Sandomirien Ducis terram hostiliter subin-
trān, in Ciuitate Gdansko. Vltra decem milia hominū gla-
dio peremerunt, infantibus. vagientibus. in cuius mortis e-
xitium inferen, quibus etiam hostis fidei pepercisset. Idem
quoqs præceptores et frēs. quam plura alia detestanda di-
cuntur comiten, quoy series se nimis extenderet, si singula-
riter singula præsentibus clauderentur. Nos igitur qui di-
sponente domino eiusde dominicę vineę regimini prasidendū

desiderantes, vt in ea virtutes et virtutū palmites con-
ualescant succisis tribulis vitior⁹ attendēn quoq3 & pra-
missa qua de dictis preceptoribus et fratribus referuntur,
vt pote perniciosa et nostre fidei contraria, ymmo chri fide-
lium cunctor⁹ cordibus inimica, sub dissimulatione tñ sine
salua cōscientia nequeamus: Considerān etiam, quod in
talibus, debitum correctionis differre remediū nihil esset
aliud, quam licentia sceleribus indulgere: discretionem
vestram, de quorum circumspectionis industria plenam in
domino fiduciam obtinemus, hortantū attente duximus &
mouendum, vobis per Apostolica scripta districte precī-
piendo mandantes, quatenus ad prēs illas, seu ad loca il-
larum partium, qua vobis pro executione huiusmodi ne-
gocij videri poterunt magis apta, vos personalr conferē-
tes, et habēn pra oculis solum Deum, contra predictos
preceptores et frēs eiusdem hospitalis, in dictis prouinci-
is et partibus consistēn, super premissis omnibus et sin-
gulis necnō super articulis quos sub Bula nra vobis de-
stinamus inclusos, ac super alijs criminibus et excessibo⁹
super quibus eos inuenietis publice diffamatos inquiretis
diligentius veritatem, Eaq3 diligenter et solicite inquisita,

quecūq3

quęcũq; inueneritis in scriptis redacta ac sufficienter in-
structa, nobis sub sigillis vr̃is procuretis fidelr̃ intimare, Cę-
terum Castr̃ et Monasterium Dimemunden̄, qd̃ dicti præcepto-
res fr̃es (vt premittitur) sub cuiusdã emptionis colore retinẽt
occupatũ per eosdem præceptores et fr̃es, facientes expeditũ
et liber̃, omnino dimitti, ipsũ vsq; ad nr̃um beneplacitum p̄-
fatę sedis nomen teneri ac per personas idoneas atq; fide-
les, quas ad hoc eligendas industria vr̃a persperit, facia-
tis cũ diligentia custodiri. Vt aũt ad præmissor̃ executio-
nem eo liberius intendere valeatis, quo maiore fueritis per
vos autoritate muniti, vobis inuocandi auxiliũ et succur-
sum, ad pręmissa omnia et singula exequenda vbi et quã-
do expedire cognoueritis, tam pręlator̃ quam etiam Prin-
cipum, et aliorum seculariũ cuiuscunq; conditionis vel
status existant, vel quacunq; dignitate præfulgeant, Cõ-
tradictores quoq; et rebelles, necnon testes, quos adhoc
duxeritis conuocandos, pro excomunicatione suspẽsiõe,
et interdicti, necnõ priuationis priuilegiorũ eisdẽ con-
cessor̃, a sede prædicta sententias compescẽdi, tã de dua-
bus dictis in concilio generali, quã de aliquo extra Ciui-
tatem et Diocs. nisi incertis non exceptis casibus. Et

illis vltra vnam dietam a finæ suæ dioc ad iudiciū non vocando, et alijs quibuscunq; cōstitutionibus, quæ vestræ possent in hac parte Jurisditione vel potestate eiusq; libero exercitio, quomodo-libet obuiare aut si testes quos ad hoc euocare contingerit fuerint prædicatorū, vel minorū vel aliorū ordinū quorūcunq;, vel si prædictis ordinibus a prædicta sede indultum existat, qd prædictorū ordinū frēs, ad perhibendū testimonium, in quibuscūq; causis vel negotijs cōpelli non possint, per lrās Apostolicas, nō faciēn plenā et expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē et quibuslibet alijs indulgentijs, & lrīs Apostolicis quibuscūq; in quacūq; forma verborū concessis, per quæ prntibus nō expressa, vel totalr non inserta, præmissorū executioni possit, quomodolibet impediri, nequaq; obstante: plenam vobis concedimus tenore præsentium facultatem. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vrūm ea nihilominus exequāt. Dat Auinonæ xiij Calēn Julij, Anno Domini 1311 Pontificatus nri Quinto.

Albertus

Albertus Aduocatus Cracouien̄ cū Ciuibus

vocant Duce Oppolien̄ Cracouia, & ciuitate illi dant. Q per Vladislaū monitus recedit cū Aduocato & Vladislaus bona aduocatię cōfiscat.

Annus Dñi 1312

Mutillato Regno Poloniæ in magna & nobili sui corporis, terræ vc̄zt Pomeraniæ, portiōn. Duce quoqz Vladislao Loktek, spūm ob id gerente mestū et afflictum, altera quoqz illi afflictio subministrata est. Albertus namqz Cracouien̄ Aduocatus Cū Ciuitatis Cracouien̄ Consulatu & Magr̄ibus regimen et Principatū Ducis Vladislai moleste ferens, qd̄ et talijs exactionibusqz grauibus pro administrādis bellis quibus impetebatur eos premeret, et fur̄ prędonūqz flagitia, per quæ strate solitā securitatem āmiserant nō coherceret, Cum Boleslao Oppolien̄ Duce, missis nuncijs & habitis clandestinis tractatibus, de deden̄ Cracouien̄ Ciui:

tate componunt. Is nãq; q̃ secum decocta compositãq; erãt executurus Congesto notabili exercitu Cracouiã possesurus aduenit: et ab Aduocato consulatuq; et vniuersa Cracouiẽ Ciuitate portis apertᵒ susceptus est, cũ omĩ subiectiõe et honore: Castr tñ Cracouiẽ, qđ in fide Ducis Vladislai manebat quamuis mollientibus Ciuibus, nulla arte aut ingenio poterant redigere in suã ditiõm, propter qđ in domo Alberti Aduocati prædicti, valueq;, quæ ad S. Nicolaum ducit contigue recollectus, aliquanto tempore Cracouiæ mansionem firmauit. Vladislaus aũt Dux periculi damniq; grauitate plurimum angustiatus, quid sibi in tã perniciosa nouitate, exterminiũ status sui redolente, acturus esset, consultabat omnibus aũt, quamprimũ periculum rescindendum et congregatis tam militarium quam agrestium copijs Cracouiã vrbem obsidione arcendam suadentibus Dux ipse Vladislaus saluberrimo vsus, Cõsilio Exercitum quidẽ fortem Cracouiẽ obsessurus congregare non ẽligit. Legatos tñ ad Boleslaũ Oppoliẽ in Crac consistentẽ mitendos de pace tractaturos, Cũ certis mandatis, quibus suapte ęger in occupanda aliena vrbe animus sanari posset, primũ censuit. cum

notabili

notabili exercitu eos subsequens urbem & occupatorem nisi Ciuitas redderetur obsessurus. Hi cum ad praesentiá Oppolien Boleslai Ducis Cracouiam aduenissent. Et mandata Ducis Vladislai quibus illum ad excedẽdum de hẽreditate sua requirebát. exponerent, petẽn ut sorte sui Ducatus contentus, infame turpeq; sibi putaret, ad leuẽ Ciuiũ Cracouien aurá Cracouiam venisse, et eo superstite filio insuper so Kasimiro in spem successionis procreato. illam usurpare posse corrigeret, dum nódú funestus Mars inter utrosq; desęuiret, et cepta mutaret in melius, sibi quoq; documento esset, quam irato molestoq; animo sui patrimonij occupatiõm esset laturus sui vero in sententia persisteret, pro matori se illum, quam Albertum Aduocatum et Ciues Cracouien per quos in id scelus adscitus sit. hoste habitur. Boleslaus aút Oppolien Dux eor quę in electiõm oppugnatiõmq; suá composita erat nó ignarus, submisse ac modeste núcijs respondet. Aduentus quoq; sui in Cracouiam et occupationis ciuẽ causas. in Albertú Aduocatú & Ciues Cracouien retorquet, aserens se nihil hostile aut moribus suis indignum egisse et Cracouien urbẽ ad persuasiones Aduocati & Ciuium Cracouien venisse. Cuius dum sibi iuncta

spem promissam iustũ non sentit prouenire imperium, se de il-
la siue cuiuscũq; lesione et iniuria ad penates suos prede-
cessoꝝ reuersus. Nec responsionis remoratur effectũ, ve-
ritus ne à Duce Vladislao et exercitu suo occupatus, ca-
ptiuitatis aut fugę dedecus exciperet. Sed Alberto Ad-
uocato Cracouiẽ, et aliquibus ciuibus Cracouiẽ, qui
se nouerant pro suis fore factis puniendos, metu graui il-
los premente cum se nossent per defectiõm maiora cõmi-
sisse qm quibus posset ignosci assumptis, in Oppol rẽditur
fremens dolensq3, qđ eiusdẽ Alberti Aduocati & Ciuiũ
verbis, fide prastita, se occupationi Cracouiẽ Ciuitatis,
non sine sui grandi obtrectatione & infamia miscuerat.
Vladislaus aũt Dux Cracouiam cum militũ frequẽtiori
numero quam solitus erat ingressus, Aduocatia Cracoui-
ẽ, omnes reditus & introitus Molendinoꝝ Macellorum
& Cameraꝝ, domoꝝ, & aliorum locorum habentium lar-
gam suppellectilem, suę Ducali Mensę atribuit & infis-
cat, aliquos aũt Ciues Cracouiẽ seditionis prafatę au-
ctores, in horrorem patrati sceleris, vt essent pro exe-
plari & cautella futuroꝝ, comprehendit, & equis pro
vicos in patibulum aut rotam egit. Ex domo aũt Ad-

uocati

uocati Arcem erigit. et in valua Sancti Nicolai Turri
extollit, atq; illic Militū collocat præsidiū, vacillantem cę:
teror Ciuium Crac: fidem Arce illa et præsidio fidam sibi
de cętero effecturus, insimulatus est etiam, licet false Jo:
annes Muskata Epus Cracouien. eo qd natione Vrat: et
Slesita esset tradimenti prædicti conscius fuisse, et in Vla:
dislai Duc: exclusiōm Boleslai quoq; Oppolien admissio:
nem Cum Alberto Aduocato et Ciuibus Cracouien forma:
liter et expresse consensisse, et ob id plures persecutiones et
odia, in persona et bonis Ecclia sua, crebro et captiuitatē
per Vladislaum Ducē intemptatā pertulit, nec Castri et
districtus Biecz possessiōm et restitutiōm de quo per Hūga:
ros regente illud Abbate Tinecēn spoliatus fuerat quodq;
tandem ab Hungaris resignatum fuerat, poterat promereri.
Præfatus aūt Albertus Cracouien Aduocatus. Nec in Op:
polien Oppido sibi tutū consistere ratus. Cū et illic sepius,
tam à Duce quam a Nobilibus et Ciuibus pro fraude in
dominū suum naturalē cōmissa. Non probris solū varijs.
sed et captiuitate squalida et diuturno tēpore perpessa
afficeretur. Tristis et męstus Oppoliam excedens. In pra:
gam se contulit, atq; illic, cū coniuge et liberis pannosam

& miserabilem vitã. Scelus qd in dominũ suũ Ducẽ Vla:
dislaũ Loktek cõmiserat, frequenti sermone & memoria in:
crepans & damnans. duxit

Ordo Templarior in cõ:
cilio gñali abolitur &

Magr eord cum aliquot fratribus publice crematur.

Concilio Gerali Clemens quintus apd Viennam congrega:
to ordinẽ Templarior. qui annis circiter Centum octua:
ginta quatuor durauerat propter inauditam et quã nec
dici phas est, prauaricatiõm et infamiam aboleuit & de:
struxit. Bonaqz temporalia eiusdẽ ordinis comendatori:
hospitali Sancti Ioannis Ierosolimitani et alijs religi:
onibus concessit. Anno vero sequenti in duor Car:
dinalium ad id specialr missor præsentia. Magr templa:
rior cũ nõnullis eiusdem ordinis Comendatoribus pa:
risijs. igne publico Vndecima Men Martij crematus ẽ
cuius causa post publicata est, quæ fuit. prophana pro:
fessio cũ abnegatione Chri. et expuitione super Crucem.

in obroprium

in obprium Crucifixi, prout plures eor confessi sunt.

Cedente ex offitio Hē rico Prussiæ magro

succedit Carolus. hic Castr Cristinemel edifi; cat Tres quoq; expeditiões eo ano in Lith; uania acte.

Henrico de Ploczko Prussiæ Magro offitio cedente Henricus de Trir qui et Carolus appellatus. succesit. Q Castro Cristinemel prope Ragnetham in confinibus Li; tuanor ad fluenta Memel edificato ad fulciendū illud. naues et homines quadringentos cū victualibus trans; miltit. Quor plures coorta tempestate periere Dua ex; peditiones uno anno in Lituaniam. una quidē per Ma; gistr contra Castr Disēn itinere terrestri Altera per Berner Comendatorem de Ragnetha nauali classe per fluuium Memel. contra Castr Mergist acta par at; tulere profectus. Nam prater paucos captiuos & spo; lia nullo effectū uterq; exercitus potitus est, egit &

tertiam Henricus Marsalcus, sed cũ sua et exercitus sui pernicie ingenti Nã Castro Bisẽn in cõquisito relicto, In tres districtus, vczt Miedniky Gmuiczin. Trzuwiczã adijt, In quibus Castro ignobili Syrditni expugnato hominibus singulis in abdita syluarum dilapsis, in tecta innocua per dies plures seuiebat, sub quibus, exercitus suus nusquam locoꝝ victualia reperiens magna famę cępit vexari, Qua in dies inualescente, redire per spatium Centũ et amplius miliaꝝ coactus, multos de suis inedia extinctos amisit. Sed et hij qui domos vna die viginti Miliaribus iter agendo attigerant. auidius quam Stomacho debili conueniebat esca sumpta extinguebantur. Miserat et Dux Lituaniæ præfectum suũ Surminũ, viꝝ ingeniosum et callidum, Cum Centum nauiũ classe contra Castrum Cristmemel, qui naues Cruciferꝝ vacuas in flumine Memel reperiens, incendit. Tandem à Cruciferis in Castro cum eo confligentibus victus Tricentis quinquaginta de suis amissis. Cum reliquis eadẽ Classe vectus Lithuaniam refugit.

Castigatio

Castigatis Ciuibus Loktek multitudi parcit

Sed deinde Ciuibus facultate eligendi Consules ademit & Palatio Cracouien dedit & Monasterio Miechouien Villa Lantkowicze accipit.

Annus dni 1313.

Fraude & furore Alberti Aduocati et aliquor Ciuium Cracouien, qui sceleris patrati erant suscitatores et capita, condigna animaduersioe expiata cetere multitudiniqz magis contagione quam deliberata voluntate insanierat, a Duce Vladislao Loktek parsu est. Cum nonulli eor, ne tunc quidem nosse videbantur, quo audacie progressi fuerant, quid in paren et liberos moliebantur, veritus aut Vladislaus, ne furoris extincti aliquan scintilla in flamma proditura resurgeret, potentiam Ciuitatis in eligendo Consulatu et Magistratibus restrinxit, vt quo trucatior esset illis auctoritas, eo minus in Principem rebellionis calcitrationisqz rebellent

ederent

ęderent. Mulctat itaq; Vladislaus Dux Ciuitatẽ Craco-
uien iure eligendi Consules, quę in illam diem erat illi per-
hennis. et eam Palatino Cracouien pro tempore exuti attri-
buit. ordinans atq; cõstituens. Vt nõ solũ in decedẽtium
Consulum locum viros spectatę et singularis virtutis &
prudentia exc Ciuiũ Cracouien numero deligat. Sed etiã
decernendi potestas circa illũ consistat. Qui Consules anis
singulis vrbẽ regere, & consulatu presidere. Resq; vrba-
nas administrare quotannis debeant. Eo itaq; modo Consu-
lum Cracouien creatio, et Ciuitati adepta. et in Cracouien Pa-
latini ditiõm translata est. Grassabat & assiduc furor
Vladislai Principis recrudescebat. In Albertũ olim Cra-
couien Aduocatũ in eam coleram progressus. vt ultiõm
de absente. quam nõ poterat fuga interueniente à presẽ-
te. exigeret. Villam enĩ optimam Lantkouicze, nõ lõge
a fluuio Szieniawa sitã. et vberẽ glebã habentẽ. per
vxorẽ Gniewomiri et filium eius Monasterio Miechouien-
temporali donatione obtinebat, in primordio eius fun da-
tionis donatam, nullo alio interueniente demerito. nisi
quia idem Albertus. a frẽ suo germano. tũc Præposito Mie-
chouien temporali donatione obtinebat: violẽti et iniusto

Brachio

Brachio, a Monasterio Miechouien. abstulit, & fisco Ducali appropriauit, ab eo q3 tẽpore Monasteriũ Miechouien villa præfata cõstratũ est.

Boleslaus Masouiæ et Boleslaus Oppoliẽn

Duces vitam cũ morte cõmutãt.

Octauo Calend Maij Dux Sęuissimus, sed prudens & iustus, fur prædonũ, & malefactor præcipuus persecutor et hostis Boleslaus Masouiæ, filius Semouiti, filij Cunradi Masouiæ, fr patruelis Ducis Vladislai Loktek, in Vissegrod moritur, et in Ecclia Plocẽn sepelitur, Tres superstites filios, vczt Semouitum, Troydenũ & Vankonem, qui sibi in ducatu Masouiæ successerunt, derelinquens. Duas in vita vxores sortitus, vnã Lituanã multũ honestam, ex qua Semouitũ & Troydenũ et vnã filiã ꝓgenuit, alterã Bohemã, ex qua vnũ filiũ Venceslaũ qui & Vanko appellatus est et vnã filiã suscepit. Quem Boleslaus Oppoliẽn Dux secutus diem et ipse in Oppoliẽn Castro obijt xii Maij. In Monasterio minor sepultus.

Septimus Romanorũ rex Henricus Rome Co-
ronatur Florentiã obsidione dũ cingeret in Sacramento
Eucharistiæ venenatus interijt eig quoqz filius a Bo-
hemis regno pulsus.

In Apostolor Sanctor Petri et Pauli qui in diem Domini
gerat, cũ Polonię dominia potiora, sub eor Ducatibus consisterent, minorq3 et inferior portio in qua Vladislaus Polonię Rex imperitabat, ea in quibus ipsi principabantur uideretur, Vnde illum nõ Polonia Regem, ne appellatio ipsa in ignonimiã uulgata, amplitudinẽ eor priscam diminueret, titulisq3 eor detraheret. et abholeret fulgorem, sed Crac. Regem. et ipsi uocitabant, et a suis subditis mandabant uocitari, Veriti tn, ne Vladislaus Rex Polonia, aut aliquis eius in Regno Polonia successor macte virtutis, adeptus potentiam, illos aut eor filios uel nepotes, sibi et Regno Polonia faceret fendales et subiectos, pluribus congregationibus mutuo habitis, et quid illis pro euitando iugo, per parẽ quondã Principem, sed etiam nunc vix dimidiam et humiliorẽ partẽ Regni Polonię obtinentẽ, imponendo, facere expediat. crebris tractatibus decoquunt. Inuidia aũt (qua poloner genus enixius; quã ceteras nationũ uigere prout in initio operis praefatus sum.) operante, ad id Ducum praefator. et eor Consiliarior peruenit maligna cõspiratio et consensus, vt ad Joannẽ Bohemię Regẽ, tunc suapte Vladislao Polonia Regi hostem infestũ, deficerent. et in illius iugũ et fendũ nulla amplius re quã liuore impellente. et nõnullis causis quas expressimus se transferẽt Abrogata itaq3 nobilitatis sua libertate. qua in eã vsq3 diem perfuncti erant, tã stirpis suę uetustę quã ex Regũ Polonia. Illustrissima dõ originẽ accepe-

quá posteritati suę futurę impiú dedecus, pectore inuidia deprauato, inusturi ad pradictú Ioannem Bohemię Regem, liberalitate et largitionibus etiam eos ad ea quę animo destinauerát inuitantem, Pragam accedunt, et stirpis, conditionis atq3 nobilitatis sue obliti, in iugú fendúq3 Bohemicú se supponút, et prafato Regi Bohemiæ prastant, cú suis Baronibus et Nobilibus omagiú et fidelitatis atq3 obedientię debitę iuramentú. Neq3 tanti mali patratione contenti, in aliud facinus prorúpút. candidá eñi aquillá quę est Regni Polonię vniuersale insigne, et quá ipsi quoq3 pro armis & Ducalibus ornamentis gestare cósueuerant, imutant. et hij quidem Albam in nigrá, alij in glaucá aquilas cú cápoy varietate et permixtione, transmutant, ne quid cómune cú Polonię Regno habere uiderentur. Procurante aút humani géris hoste et superseminante in optima quondá terra loliú, Principes et Nobiles Slesię, adeo Polonos contemptos et exosos habere dehinc cepérunt. Vt de eoy fælicitate et amplitudine, et gloria, mordeantur et doleant. In eoy vero casibus et infortunijs magnopere lętentur et exultent. Nec vlla gens in vicinatu Regni Polonię consistens, fertur esse Polonis, quantú gens Slesitica magis, aut inuidia, aut infesta. Quæ in re etiam suà demóstrat apostasim, corrodendo vtey suú, a quo excidit, licet ab ea pietat charitatisq3 maternę vbera, quibus quoslibet Slesię Principes

& alúnos

et alumnos ad se in suis necessitatibus et pressuris confugientib⁹ iuxta ac proprios solatur et reficit, nunq3 fuerint aduersa, sperans aliquando in tã pãptim errorem, lapsos filios ex regione dissimilitudinis ad se suũq3 gremiũ, recognito excussoq3 errore quãdoq3, propiciatione superna reuersuros. Factiõm aũt prafatã, Illustris Principes Boleslaus Suidnicẽn Dux, Filius Bernardi Ducis execratus, et reliquos Slesię Principes ne ea contaminarentur prudentissima persuasione admonuit, et ipse ne in eã prolaberetur quantũcunq3 altis Regiis Bohemiæ oblationibus potuit peruinci Poloniæ se Ducẽ clamitans, et a Poloniæ Regni unitate et corpore nunq3 discessurũ, fribus consanguineis et nepotibus suis in vita et morte ne in discessiõm sequestratiõmq3 huiusmodi trahi se permiterent, interminans.

Vanko Dux Masouiæ cũ Truthenis Poloniã vastat.

Vltima Mensis Julij, Cruciferoꝝ exercitus, quẽ Ottho Crucifer prouincialis ducebat, et Vãnko Masouiæ Dux, qui eisdẽ Cruciferis prebebat personalia solatia in terrã Cuiauię facto hostili descensu, illam spoliis et flamis vastant, Castrũ quoq3 Kowalie circuuallãn expugnant et cõcremant. Nec erubuit prafatus Vãnko alʒ Venceslaus Masouię Dux, vipereo more, uteri

sui nationis, et gentis corrosor et vastator cũ gente Masouitica existere, et perfidiã grandẽ, nullo vnq3 tempore abolendã, hircino fętore olidiorem, de se et genere Masouitico posteris relinquere cõmunionẽ et consanguineitate, idemptitate quoq3 sanguinis, & idiomatis. tam Dux ipse, qui erat Vladislai Polonię tunc Regis nepos prope germanus, ex pre Boleslao patruele fre germano Duce Masouię genitus, ipsa quã gens Masouiæ quę debebat excidium et Regni proprij et gentis Polonicę, nõ secus q3 pernicio-sam pestẽ abhorrere.

Mona Mensis Martij. Lithuanoy Principes, collecto ex ppriis gentibus et alijs finitiuis notabili exercitu, itineribus secretis et in uijs Saxoniã ingrediuntur, et circa Frankfordiã supra Odrã statiuis positis, vniuersã terrã Saxoniæ. Quãuis superiori ãno per Vladislaũ Polonię Regem bello vexatam, et atritã in suis resũduitatibus et reliquijs Barbarico furore inuadunt. Saxones q3 aut trucidant aut capiũt, et nemine aduersante, rapta præda festina fuga in Lituaniã reuerterunt.

Spernentes censuras apo-
stolicas Cruciferos Vladi-
slaus

Slaus magna potentia aggressus, fudit simul cũ Duce Masouiæ Vãnkone omnẽq3 Prussiam igne et ferro vastans victor redit.

Annus Domini 1328

Obstinatas et censurar. Apostolicar. rigorẽ contemptui habentes, Magrũm et ordinem Cruciferor. de Prussia, Vladislaus Poloniæ Rex perpendens, actusq3 nimia cordis anxietate, quod patrimoniũ suũ et hereditatẽ, terrã Pomeranię annis iam prope viginti occupassent, et eã detinerent, occupatã, Castra et fortalicia Muris fortissimis erigendo in eadẽ, et omnia Iura diuina et humã quibus eos Vladislaus Rex ad restitutionẽ dictæ terræ Pomeraniæ stringi induciq3 sperabat ducẽn in ludibriũ et abusum, sciens vidensq3 sibi patrociniũ Censurar. Apostolicar., in quibus sordescere quã occupata reddere mallebant, in nullo profutur. Qui ymmo, Cruciferos rebellionis et maioris pertinatię animos induisse Expeditiõm cõn illos indicit, et solatia ã genere suo Carolo Vngarię Rege, Cęterisq3 vicinis Principibus contrahit, Armis iniuriã suã et Cruciferor. improbam temeritatẽ vindicaturus. Ordinatis itaq3 exercitibus, Qui et ex propria gente, et ex solatijs, auxiliator., in

grande numero conuenerant, potenti virtute Chelmen terram ingreditur, neqs expugnationi Castroy aut vrbiu intendit. Sed omne terra Chelmen vsqs ad Ossam vastat, et omnes villas eius atqs Curias flamis consumit, peruagataqs terra Chelmen et exusta, nullam resistentia reperiens, (Cruciferi enim menia tantummodo tueri contenti, occasiom pugnadi no faciebant, nolentes in apertu prodire discrimen) Itaqs omnis Regio nullo resistente facile patuit direptioni. Cu omni preda et vniuersis illic coprehensis, et quesitis spoliis, sanus et incolumis Poloniam, deinde Crac est feliciter regressus. Vbi prabitis donatiuis his, qui secu vna militauerant externis auxiliis, eos plurimu pro virtute et merito cuiuslibet honoratos et ornatos in propria remitit. In Duce aut Masouie Venceslaum als Vankonem Vladislaus Rex iusta ira gerens, qd Cruciferos hostes suos publicis et clandestinis gentibus suis et victualibus in eo bello iuuerat, Misso exercitu, omne fere Ducatu suu, igne et spoliis vastauit, in cuius vltione vicissitudinaria, Crucifericus exercitus cu pfato Vankone Masouia Duce et gentibus suis. Terra Cuiauia hostiliter ingressus, cam spoliis et igne vastabat. Militibus aut Polonia vastatiom sua represuris in aciem prodeuntibus, duro certamine inter utrosqs comisso, frangitur Cruciferica et Masouitica

uitica acies, et Duce Masouię Vankone per fugã sibi et suis cõ-
sulente, comendator Torunẽn, Ductor Cruciferici exercitus, fere
cum suis omnibus occiditur, et vniuersus hostilis in extermini-
um datur exercitus.

Joannes rex Bohemiæ ve-
niens in auxiliũ Crucife-
roꝝ, Castꝝ et terrã Dobr-
zi-
nẽn deinde Vladislauiã occupat, Ecclia ibi combusta
tandẽ sub suã ditiõm ducẽ Masouiæ redegit, et scribens se
Poloniæ Regẽ, terram Pomeraniæ Cruciferis dõat pecũia corrupt.

Annus Domini 1329.

Disgresso aut Vladislao Polonię Rege ex terra Chelmẽn
et in Crac quiescente, Joannes Rex Bohemiæ, Comes de Lucem-
burg, solicitans multis Cruciferoꝝ largitionibus et promisis, cũ exer-
citu ex Bohemis et almanis mercede ac varijs Militibus cõgesto,
Prussiã aduenit, Cruciferis auxiliũ cõn Boleslaũ Polonię Regẽ
laturus. Cuius aduentu Vernherus Prussiæ Magr de Orzela,
qui postea ab vno miserabilr de ordine interfectus occubuit,

et ordo Cruciferor in magna superbia erecti, In terra Dobrzinen, eodem Ioanne Bohemiæ Rege, et suo exercitu comitatus, acie-bus ordinatis astate nusq3 prastolata, in Veris et quadrage-sime tempore descendit, et Castro Dobrzinen vallato, illud ma-chinis projectionibusq3 lapidu, aliquot septimanis nocte et in-terdiu qualicunq, gentibus Regijs, strenua et animosa opponen-tibus defensam. Tandem omnibus propugnaculis et munitionibus Ca-stri demollitis et dirutis, Castro Dobrzinen Magr predictus p deditionem Pauli de Spicrzimir dicti Ogon, Palatini Lancicien, qui in illo tunc erant Capitaneus, et aliar gentiu Regiar, qui nul-latenus ad eius defensionem poterant amplius intendere, coprehe-dit, et totam terra Dobrzinen prefectibus et tenutarijs Regijs et hijs nobilibus, qui violare fide Regi promissa nefas duce-bant exclusis, in sua redigit possessionem atq3 potestate comit-tebant aut Regii Milites, cu gentibus Cruciferor particularia certamina, et multos ex illis et presertim qui frumetatu pabula-tumq3 ibant, referebant triumphos. Sed et naues in quibus flu-mine Visla uehebantur, pro Regis Bohemiæ et Cruciferor exer-citibus victualia, suffocatis gentibus eas ducentibus interci-piebant et Cruciferor agmina qua maxime lacessebant, occu-patione aut terræ Dobrzinen et Castri no contenti. Nono Calend. Maij In Ciuitate Viadislauien fr Kerstanus Crucifer, qui Castr-

Dobrzinen

Dobrzinen tenebat cũ multitudine exercitus ex eodẽ Castro im-
prouisie aduenien s, Ecclia Cathedralẽ et Ciuitatẽ Vladislauien
et singulas Canonicor domos spoliat, et ipsa Ecclesia cui sępe
Barbari pepercerant, cũ Ciuitate et domibus Canonicor igne su-
posito exurit, Sanctor reliquias quæ seruabantur in ea nono
quinymo, nefando Sacrilegii gẽre, cũ oĩ ornatu ẽt decore eorum,
et nonnullos homines, Ecclias quoqꝫ et Villas in circuitu igis
incendio concremarunt, et quamplures etiam alios in Cimiterio
eiusdem Ecclię crudelr occiderunt. Mathię quoqꝫ Epo et Ca-
nonicis eiusdem Ecclię alijsqꝫ Clericis et laicis et habitatori-
bus Ciuitatis Vladislauien, post cõbustiõm ipsius, sub pęna ca-
pitis & mutilatione membror, prohibẽn expresse, ne domos seu
quodius aliud ędificiũ, ædificare illic quouis mõ presumerent.
Territorium insuper Cziechoczin, ad Mensã Epalem pertinens
occupantes, nulli alij nisi Magro et ordini, census et datias ac tri-
buta mandabant solui, et in oĩbus deferri et obedire.

Deducit post hęc et Joannes Bohemię Rex, et Magr Prussiæ
Vernherus suos exercitus in Masouiam, et Ciuitatem Plocẽn per plu-
res dies impugnata et obsessa, maximis spolijs et incendijs Masoui-
am afficiunt, Duce aũt Masouiæ obligante se Joanni Regi Bohemiæ
vt et tanquã Poloniæ Regi subesse, obsidio soluta est. Crudelita-

tem corde gestatam et odiū in Polonos depromens, dū non in humās solū, sed etiam in sacras ędes et ei virgini cuius se, licet flō, regulares profitentur, dicatas, flamis ac spoliis grassarentur, violentam insuper et quandoq3 perituram sciens se Magister et ordō Pomeranię terrę possessiōm, a Joanne Bohemię Rege predicto, qui se (ut superius memorauimus) nō Bohemię sed et Polonię Regē et gerebat et titulabat, data grandi argenti aureiq3 peccuniaꝝ summa, petit terrā Pomeranię velut per Regē Polonię, et plenā ad id potestatem habentē, de nouo cōferri, donari, et inscribi, venditiōm et resignatiōm. Valdemaris et Joannis de Brandeburg Marchionum, quam superius cōmemorauimus. ratus, prout erat, irritam et inanem et absq3 viribus esse nullitatem iuris, magis quā efficaciam ostensuram. Prafatus aūt Joannes Bohemiæ Rex, et sacri auri cupiditate, et liuore quo in Vladislaū Poloniæ Regē flagrabat allectus, prædictā terram Pomeranię, nullo iure, titulo, uel proprietate eum contingentem, prafato Magro Prussię Vernhero, et ordini Cruciferoꝝ donat, largitur, resignat et inscribit, ab cī postera ridendus ætate, qui ad eā leuitatem temeritatem q3 se prece et precio trahi permisit, vt alienas terras et dominia, vsurpatione nefaria venderet, et ementium improba instantia ac largitione pellectus, sortes hereditatesq3 alienas pro libito donaret et cōferret. Potest etiam in premissis maximus ambitionis Cruciferoꝝ ardor notari, qui vt

habent

qui ut terræ Pomeraniæ occupatio eis posset licentius prouenire, donatiõm, præfati Regis Bohemię Joannis de prædicta terra, quam sciebant verũ et legittimũ patrimoniũ Vladislai Regis Polonię existere, et una insignem ex prouincijs Regni Poloniæ esse, nõ sunt veriti petere donatione ipsã, violentã occupatiõm terrę Pomeranię, apud homines dũtaxat nõ Deũ, qui nõ operũ solũ sed mentiũ inspector et retributor est, contecturi, sed ne his qui harũ rerũ et meritorũ causæ prædictæ ignari sunt, Vana quidẽ et deliramẽta in patrię fauorem videamur scripsise, copiã donationis Joannis Bohemiæ Regis prædicti, pro verificatione præmissarũ, quæ talis est, annectimus.

Litterę Ioannis Bohemiæ Regis donationis Terrę Pomeraniæ Cruciferis.

Nos Joannes Dei grã Bohemię et Polonię Rex, ac Lacemburgẽn Comes ac Elisabet per eandem gratiam, eorũdem Regnorum Regina ac Cõmitissa Lucemburgẽn. Contoralis sua. Ad vniuersorũ notitiam tam præsentiũ quã futurorũ volumus tenore presentiũ in perpetuũ peruenire. Qui cũ inter singula pietatis opera quibus ad æterni Regis peruenit soliũ, illud maxime a:

nimar̃ saluti prodesse credamus, cũ religiosis locis, aut Deodi:
catis hominibus qui Dño quottidie famulatur aliquid de quo pro:
ficientes in melius, augmentũ accipiãt, dantur liberalr̃ et cõfertr̃.
Sane quia religiosi viri, fr̃ vc̃3t Vernherus de Or3ela, frũm
ordinis, hospitalis S. Mariæ domus Theutonicor̃ Ierosolimitãn
Mag̃r generalis, ipsi quoq3 fr̃es terræ Prussiæ, quorũ cõditio lau:
dabilis, viteq3 ac religionis Sacrę gestant exercitiũ notabile,
nos allicit, graues ac intollerabiles pro dilatatiõe fidei ortodoxę,
ob cuius etiã defensiõm, cõn Lituanos et ipsor̃ secutores, quos:
libet hostes Chr̃i pestiferos, prout ipsi vidimus mur̃ inexpu:
gnabilẽ se exponunt, angustati, secti, cęsi, et irremediabilr̃ sępi:
us sunt afflicti, Nos, ut Mag̃r et fr̃es prędicti, labores et expensas,
ac cura huiusmodi, in se et suis adiutoribus et subditis ferre, ipsisq3
intendere in antea, et resistere fidei chr̃ianę oppressionibus pos:
sent vberius, participatione bonor̃, quę per eos fiunt vbilibet
operũ sum̃opere affectantes, vt de bonis huiusmundi cęlestia
nancisci, et Regũ dño cõregnare æternalr̃ mereamur, pro prędе:
cessor̃, progenitorũ ac hęredum nostror̃, nostraq3 animar̃ salute,
necnon peccamiño nostror̃ remedio, ipsis Mag̃ro et fr̃ibus ac toti
ordini, comunicatam manũ pari cõsensu ac vnañi volũtate, nulla
fraude inducti, seu dolo aliquo circũuenti, plure, libere, et irreuo:
cabilr̃ nomine simplicis pureq3 Elemosinę, propter Deũ & vene:
ratiõm

ratiōm gloriosę Virgīs Marię de liberalitate et munificentia Re:
gia, consensu nostroꝝ fidelium accedente, damus donamus, et
conferimus, terrā Pomeranię et quicquid ad eam uel in ea, in
toto uel in eius parte nobis hęredibus et successoribus nostris
Bohemię & Poloniæ Regibus aut Reginis, Iuris, proprietat'
Dominij, aut actionis competijt hactenus, aut cōpetere poterit
quomodolīt in futuꝝ. ad habendā, tenendā, regendā, vtifruen:
dam, et possidendā, ac ordīm totū. Iure proprietatis perpetuo,
pacifice et quiete, quicquid eis aut successoribus suis deinceps
placuit perpetuo faciendū. Cū ōibus et singulis, quæ infra præ:
dictam terram, seu intra, aut insupra, vel etiā subtus terrā ean:
dem, cū accessibus et regresibus suis cōtinentur. Cū omnibus vcīt
suis Iuribus, appendijs, pertinentijs, Ciuitatibus, Oppidis, Ca:
stris, Villis, Allodijs, Campis, Agris cultis et incultis, pratis, hor:
tis, montibus, vallis planis, rubetis, deserto, vijs et inuijs, flumi:
nibus, Rippis, rinis, Stagnis, aquis, aquaꝝ decursibus, Molendi:
nis in aqua vel ad ventū expositis, venationibus aucupationib.,
piscationibus, piscinis, Iurisditionib., Monetis seu Theloneis,
Iurispatronatus Ecclīaꝝ, fendis, vassallatibus, Militijs, clien:
tibus, Censitis, Agricolis, seruitoribus, omagio quocūqꝫ seu a:
lio quouis titulo, Censibus, redditibus, prouentibus & fructib.,
et vniuersalr cū ōmibus et singulis vtilitatibus, quæ habētr

p eosd Magrm & fres succes: soresqꝫ eoꝝ

supra, infra, vel intra terrā prædictā, vel etiā sub terra, eadē in mineris, vel metallis auri, argenti, cupri, stañi, plūbi ferri, vel generis alterius cuiuscunq3 ut puta lapidibus, sale, uel alijs obuentionibus, quibuscunq3 rebus consistant, in integrū, cū omni vsu seu requisitione, nobis aut alteri nostr̄ successoribus, aut hęredibus nostris, ex eis uel pro eis rebus aut quomodolz̄t eaꝝ modo aliquo pertinente, Nihil in eadē terra aut suis pertinentijs nobis hęredibus, uel successoribus nostris, proprietatis, Iuris, actionis, uel dominij penitus reseruantes. Vt aūt hęc pręsens nr̄a donatio, pure et simpliciter propter Deū, sicut proinde et rationabilr̄ ac iuste donationis titulo celebrata et consumata, robur perpetuę obtineat firmatis, Promittimus nr̄o, hęredū ac successoꝝ nostroꝝ nomine, contra eā, nullo vnq3 tempore, facto, aut iure, facere vel uenire, per nos uel alios, publice aut oculte, in toto uel in parte, nec eā reuocare in uitam uel in morte, occasiōm ingratitudinis cuiuscūq3, seu tā præsentium q3 etiam superuenientiū liberorum, volēn ad maiorē certitudīm uel etiā cantelā, ut exnunc Inclitus Carolus primogenitus nr̄, fide, præstita corporalis loco Iuramēti, spondeat et promitat dictis, Magr̄o et fr̄ibus pro se suisq3 successoribus, stipulantibus, qd̄ dictā terrā seu aliq3 eius partem per se uel alios, nullo vnq3 tempore impetret, de iure uel de facto mō aliquo seu requirat. Sed ipse cū ōibus cōterminis suis, donatiōm

huiusmodi,

huiusmodi, ratam, gratã, habeat firmiter infutur. Renũciato spõ:
te et expresse, pro nobis nostrisq3 successoribus et heredibus v:
niuersis exceptiõm, doli mali infactũm actioni beneficio restitu:
tionis, in integrum constitutioni et cõsuetudĩ cuiuslãt contrarie
literis et indulgentijs Apostolicis Imperialibus, seu à Romanis
Regibus impetratis vel impetrandis. Omniq3 Iuris Canoni:
ci uel Ciuilis auxilio, per qd nobis, heredibus, aut successorib.s
nostris sepefatis posset aliquomõ suffragium, Magro vero aut
frĩbus, seu ipsi etiam ordini preiudiciũ quõlibet gerari, Immo
et si ipsa terra seu aliqua eius pars Pomeranie, per inclitã Domi:
nam Elisabeth Bohemie et Polonie quõdã Reginã, relictã reco:
lendæ memorie Venceslai olim Bohemie et Polonie Regis soceris
et prædecessoribus nr̃i, vel heredes eius fuerit impedita, ipsã ter:
rã et quamlibet eius partem ab impetentibus ab quolibet impe:
tente disbigare, et liberare nr̃is promittiũs laboribus et expẽsis.
In quor. omniũ testimoniũ, et cautelã, præsentia scripta, et si:
gillis nr̃is iussimus cõmuniri. Dat. et. Act. in Thorũ Dominica
inuocauit. Anno Domĩ M° ccc° xxix Præsentibus spectabi:
libus et Nobilibus viris fidelibus nr̃is. Iofrido Comite de Lunni:
gij, Henrico Comite de Vilnow, Virico Dn̄o de Hanow, Petro de
Kczemberg, Henrico de Lippa iuueni, Vilhelmo de Lunkstein, Cu:
none de Kolurz, Ottone de Bergaw, Bernardo de Szumeburg, &

alijs plurimis Idoneis et fidedignis, quos in oim supradictor testes duximus requirendos.

Vernherus Magr Prussiæ Nakel et Raczi az cum multis homib. capit, et terrã omnẽ Vladislaus populatur passim oẽs cedendo et Mathias Epũs Vladislauien. Epãtui suo pacẽ facere volens cũ mago conuenit vt deinceps nõ soluat decimas manipulares in Pomerania, Sed de laneo ꝑ sex grossos.

Annus Domi 1330

Festiuitate S. Ioannis Baptistę proximante, cũ ex nimio feruore solis, segetes in maturitatẽ debitã vltra solitum cursũ perductę essent, Vernherus de Orzela Prussię Mãgr, mercenario Milite ex Almanis et Bohemis conducto, ad oppugnandũ cęteras Regni Polonię prouincias, ex assistentia

& insti

& instigatione Joannis Bohemię Regis ausus sumens, in frequẽ-
ti et numeroso exercitu, ad Castr̃ Kakiel veniens, illud nona Ju-
lij capit et exurit, vbi et Capitaneũ eius Henricũ Militem cum
alijs defensoribus comprehendit Abinde aũt, abducit, et in ter-
rã Cuiauiẽn ad Castr̃ Viszegrad descendens, illud cõquisitũ e-
xurit. Ne aũt Castro Radzieiow potiretur, et regnũ ex illo pre-
dis et spolijs afficeret, gentes Regia, anteq3 Magr ad illud
pertingeret, sponte igne adhibito. Illud Septima Julij cõsumitur,
applicat posthęc exercitum ad Castr̃ Epi Vadislauiẽn Racziąz,
et illud pluribus diebus Machinis ceterisq3 instrumentis fortius
quo potest quatit et oppugnat Et licet plures Nobiles et vtriusq3
sexus homines, qui fortunas sarcinasq3 suas illic deposuerãt viri-
liter defensioni Castri intendissent, nõ tam Castro q3 personis, con-
iugibus, liberis, pignoribusq3 et substantijs suis, quę illic cõgesserãt
consulturi. Crebra th̃ Bombardar proiectione, cõbus propugnaculis
aut confractis aut debilitatis, dũ nec quisq3 posset defensiõm oppo-
siturus consistere, putens quoq3 ex quo Castrẽ aqua resciebãtur
esset illis cruciferum potentia ademptus, multiq3 tã senes q3 par-
uuli siti periclitarentur. Quartadecima Junij patefactis vndiq3
introitibus Castr̃ Racziąz conquiritur, et Magr Prussię eiusq3
exercitus pluribus pecunijs armis, et thesauris variaq3 rer̃ &
spolior̃ suppellictili potitur, plurimos etiã homines Nobiles &

plebeios illic captiuat. Quos Matheus Epus Vladislauien, cōpas:
sus eorum calamitatibus et miserijs solutis ex pacto quadringentis
marcis polonicalibus, a Magro redemit, et in pristinā libertatem
restituit. Et quoniā in Castrorum conquisitiōm Milites multos insi:
gnes amiserant, neq3 enim cessit illis sine multa sanguīs efusione
victoria, ut strages cladesq3 tūc accepta, magna illos penitudine
et amaritudine pro desideratis, quorum numerus in decuplo strage
hostili superior erat, afficeret, in rabiem quādā versi, suorum paren:
tando funeribus, omnes Polonici generis homines, tam senes quam
adultos, viros et mulieres, et qd horrendū est, Sacerdotes & Mini:
stros Dei, paruulosq3 et sugen vbera, miserabilr perimebant, spo:
lijsq3 et cędibus huiusmodi nō contenti, etiam in tecta innocua,
et in villas circūiacentes, quę post superiora incendia paucę
remanserant, et quę aliquantulū fuerūt reffectę flamis ea de:
molliendo sęuiebant, his aūt patratis, in domos pluribus suorum
amissis reuertuntur, cū magna spoliorum et pecorum prada. Capti
aūt fuerunt in conquisitione Castri prædicti Suantoslaus fra:
ter Mathię Epi Vladislauien germanus, Vincentius Castellanus
de Starogrod Nicolaus Zablothni, Nicolaus de Wola, et alij
quā plurimi, Interfecti vero Paulus de Kroszino, Iudex Gniew:
kouien. Zira de Klobiia Demeter Succamerarius Bresten, Boguta
filius Cristini Iudic. Vladislauien, Albertus de Trzaskowo, Czolo de

Smarzouicze

Smarzouicze, Jacobus de Raczias et alij q3 plurimi.

Quindecima Septemb. Casty Gniewkouien per eosde Cruciferos conquiritur et crematur, ad soluendu aut frem suu Suantoslau ce: terosq3 captiuos, et ad rehabendu Casty Raczias ceteraq3 bona in Pomerania per Cruciferos occupata Mathias Vladislauien, tanto ferebatur, siue id pusillanimitas quda, siue carnalitas efficiebat, affectu: ut iniussu Boleslai Polonie Regis, et sui consilij, habito cum Magro Prussie Vernhero apud Thorun in die S. Bartholomei couen: tu, ignonimiosu fedus, suis et Capituli sui Vladislauien firmatu lris, pepigerit, Omnes decimas terra Pomeranie manipulares, que sibi et suo clero, iuxta morem vetustu Regni Polonie et prouintie Gne: snen, manipulatim de quolt grano solui cosueuerant: remiserit in sex tantumodo grosos, obligando se præfate remissionis, primu Me: tropolicam, deinde Apostolica cofirmatiom, infra vnu Annu expe: ditur Mensam sua Epalem, et cleri sui beneficia vehementer mu', tilando.

Magro reuerso in Prussias Vladislaus Rex cu ma"

gno Vngaror et Lituanor auxilio oẽm fere Prussiã populatur. et Magr videns se inferiorẽ, promissa terrar Dobrzinẽn restitutione, ad Annũ fędus parauit, & de Pomerania in Carolũ Vngarię & Ioannẽ Bohęmię Reges cõpromittunt.

Cruciferis aũt in Prussiã diuertentibus Vladislaus Polonię Rex qui sub illo anni tẽpore quo Cruciferi terras suas hostiliter inuaserunt, magna cura et studio exercitũ de proprijs et externis gentibus conquirebat, volens cũ Cruciferis nisi celerius excessissent decernere, In sui quidẽ solatium et Vngaror exercitus cui Vilhelmus Austrię Dux prędrat, a Carolo Vngarię Rege missus, et Gedemin Lituanię Dux, cũ Lituanor et Samagitar exercitu personalr aduẽrat, terrã Cruciferor in forti robore sui exercitus ingreditur, et terrã Culmẽn passim vrit et depopulatur, in vltiõmq3 Suor qui per Cruciferos inhumaniter cęsi erant, cędes in omnes iubet late extendi, nec vlli sexui aut conditioni indulgere. Clauserant aũt Cruciferi Regi Vladislao iter et rippas vtrasq3 fluuij Drwanc3a, per aliquot miliaria acutis sudibus trunc3 oxigonis facibus. et lignor compaginibus muniuerant locatoq3 suo exercitu

citu ex altera parte fluuij Drwancza. In quo et Prussiæ Magr
vernherus de Orzla, et Liuoniæ Magr personalem præsentiam age:
bant; Regiũ operiebantur aduentũ transitũ sibi per fluuium Drwan:
cza, et Bombardar proiectione, et Campestri prelio, confisi de vi:
ribus gentiũ suar, robore et arte qua fluuiũ muniuerant prohibitu:
ri. Rex aũt Vladislaus ad fluuiũ Drwancza perueniens, pluribus
diebus illic consistere coactus est. Quocũq3 eñ se R cũ exer:
citu vertebat, Illic Cruciferor copiæ e regione sua aduentabãt,
et ne Rex cũ gentibus suis fluuiũ Drwancza, in locis præsertim
languidiorẽ vndã habentibus, superaret, sum̃a ui sũmaq3 cura,
Bombardis atq3 telis adnitebantur. Rex aũt vnius aggrestis
instructione, vado flum̃is comperto, a flumine Drwancza motis
statiuis, iter in retrogradũ flectit, versus Brodniczam se simu:
lans itur, ut hostes a defensiõe rippe auertat, locat aũt in syluis
abditisq3 locis gentiũ suar expeditar, aliquot milia hisq3 mandat,
ut quam celerius possint, hostibus a rippa auersis, fluuiũ seperẽt,
fumo quoq3 signũ præstent. Quæ oĩa iuxta dũ Regis ordinatiõm
prouenissent, et omnis exercitus Cruciferor ad Brodniczã diuer:
tisset, credens et illic Regem ventur. Milites Regii, ex statiõe
prodeũtes, fluuiũ Drwancza absq3 impedimento et prohibitione
aliquali transeũt, et fum̃o, iuxta qd erat imperatũ Regis qui ad
tria Miliaria versus Brodniczam iter cõfecerat, signũ ostendunt

Quo Rex accepto, reflexo itinere et gradū cōcito ad fluuiū Drwan:
cza et hesterna statiua sua perueniens, flumine Drwancza, circa
molendinū Lubicz facile superato. Molendino cōquisito et incēso.
et his qui erant in pręsidio cęsis, aliquibus captis, acies ordinat. Con:
flictūq3 cū hostibus magno ęstu, magnaq3 auiditate p̄stolatur. Iu:
stis enim armis indutus, et copias tam pedestres q̄3 equestres ha:
bens exercitatas et pugnantes, nihil auidius q̄3 cū hostibus pu:
gnā cōserere, et aut gloriosā victoriā ex hoste, tā infesto et im:
probo referre, aut honestā mortē si ita fatis datū fuisset obire æ:
stuabat. Cruciferi aūt preter spē et opiniōm suā exercitū Regium
macte virtutis, suo multo superiorē fore videñ. cū et exercitū
haberent ex nono et mercenario Milite, et multis generibus colle:
ctum. nec illi satis fidere auderent, venire in certamē et aperta
acie decernere discriminosū putañ. dissoluto Campestri exer:
citu, in munitiones & Castra discedunt. Rex aūt desiderio pu:
gnę fraudatus, latius mandat vastatiōm extendi. Milites aūt
imperata Regis exequendo, omnem terrā Culmēn, igne cęde et spo:
lijs, infra quindecim dies conficiunt et quoslibet vicos et Ciuitatū
suburbā exorunt. Fretus q̄3 multitudine et Militū numero, multas
passim manus in Prussię regiōm, et in extrema quæq3 finiū prędā:
dū mittebat, prædāq3 et magnā vim pecoꝝ aliquotiens coactam,
in Poloniam remittebat, agros vastans, uiccos exurens, oppida
funditus

funditus demolliens, multa illic fortiter egit, multos agros hostiles incendijs et populatione vastauit, et tempestatis instar multa solo strauit. Descendit post hęc in Dobrzinẽn terram, et Castr Dobrzi; nẽn expugnare aut intercipere satagens, aliquot diebus in eius expugnatione imoratus, dũ videret illud strenue defendi, in Cul; mẽn terrã reuertitur, et circa Castra Schonsczę, et Lipno aliquan; tulũ imoratus, in vlteriora exercitũ producere parabat. Caducea; tores ex parte Magri et Cruciferor, apud Grudzancz existentium, cum blandis oblationibus de pace missi Regẽ à proposito auertunt. Qui cũ tam potenti exercitu, etiã terrã Prussię vltra Ossã positã, potuisset, quemadmodũ in animo destinauerat posuisse in desola; tiom et exterminiũ, suasq3 iniurias vltũ iri: restitutioẽ terrę Dobrzi; nẽn, et omniũ Castror ac munitionũ quæ in illa alijsq3 locis Cruci; feri locauerant prius percepta, de Campestribus statiuis excedere, et ab ampliori vastatione terrę abstinere, firmatis inscriptisq3 Treugis ad diem Beatę Trinitatis anni futuri duraturis, consentit. ea tn conditione interposita, vt super occupatioẽ terræ Pomeranię et damnis inde secutis durantibus Treugis. Carolus Vngarię Rex pro parte Vladislai Regis Polonię. Pro parte vero Cruciferor Jo; annes Bohemię Rex arbitri tũc electi, haberent plenũ posse, iu; sti pronunciandi arbitramentũ, et cõpellendi vtrãq3 partem ad suę decisionis obseruatiom. Hęc et eñ conditio Vladislaũ Polo;

nię Regę amplius monit, vt armis depositis Treugas acciperet, speran-
tes per illas suę hereditatis et patrimonij, absq3 effusione sanguinis
Chriani restitutiõm prouenire. In hunc modũ pace. In die Ioannis
Baptistę per sufferentias composita Guerra atrox intercepta est,
et Vladislaus Rex Polonia Cũ õi exercitu suo in columis et ala-
cer in Regnũ suũ Lithuanię Duce, Gedemi in Lituaniã diuertente,
reuersus.

Carolus Rex Vngarię et Elizabeth regina à quo" dã nobili Fęliciano qui

vtrúq3 et filios propter prostitutã filiã Casimiro Polo-
niæ Regis filio interficere uoluit in manibus volnerat.
Fęlicianus vero cũ sua progęię occisus et punitus est.

Carolo Vngarię Rege pluribus iã annis statũ agente
in Vngarię Regno beatum et tranquillum, ab õi bellico
fremitu interno et externo circũscriptũ, dũ et pulcerrimo-
rum numero, putaretur, inter mortales felicissimus, et rarę pru-
dentię dotę, qua plures ante se Reges anteibat, tam subditis

q3

q3 aduenis esset spectabilis et admirandus: subito in tam Clara sta:
biliq3 serenitate, grandis tempestas coorta, pene eius et filior statũ
euertit, et in miserrimã sortem eius felicitatis cursum, nisi diuinitas
propiciata prouidisset, mutauit. Erat aũt inter Barones Vngarię
quidã Nobilis, Felicianus nomine, vir primũ sortis mediocris, et qui
superiori tempore in Mathei in Tranczino Palatini Transyluaniẽ
obsequijs moratus, ab eo in gradũ pręcipuũ fuit euectus. Quo re:
licto, ad Regis Caroli obsequia se conferens fauore largitioneq3 Re:
gis celebris inter Barones primores habebatur. Regis insuper Ca:
roli animũ sedulitatis et obsequior officio adeo deuinxerat, vt
quæq3 Regis abdita et penetralia, pro quolibet tempore sibi pa:
terent pro ingressũ: Cęca itaq3 cupidine occupandi Regni, magnis
ausibus inflamatus, tã Regẽ q3 Reginã et prolem eor cęde cruẽ:
ta, sumouere in animo destinat, ad perficiendũ temerariũ scelus,
sępe de loco et tempore, quo id aptius exequẽtur secũ tacitus per:
tractat. Dum aũt Carolus Rex, feria tertia post Octauas Paschę,
quę erat dies Martis xviii Maij, in Curia ante Castrũ Vissegrod
sita, cũ consorte sua Regina Elizabeth et duobus filijs Ludouico
et Andrea inter prandendũ consisteret. Nullusq3 ex Militibus
et custodibus corporis, pręter Ministros tabulę deseruientes, et
hos quidẽ paucos in numero adesset. Felicianus filio et familiaribus
aliquot cõmitatus, solita licentia Rege vescente ingressus, accu:

tissimũ mucrõm, quem sub clamide tectũ gestabat vehementissimo impetu, et qualem spes et extrema desperatio causabãt, in Regem vibrat et Reginam, quibus subito periculo perculsis, cõn mucronis tã ictũ dextras pro capitum opponentibus incolumitate, Carolo Regi in manũ Sinistram leue tñ inflictũ vulnus est, Elizabet vero Reginę dextra, qua orfanos et pauperes alere, miserabilibus personis ministrare, vestes sacras et ornamenta sartire, et alia pietatis opera solita exercere ainputatis quatuor digitis mutilata. Ad pueros deinde Regios frẽs duos conuersus, in eorũ necem toto iusu, priorem in parentibus admissũ correcturus errorẽ, velut furibunda fera grassabatur, sed curatoribus et pedagogis pueroꝝ periculũ in se excipientibus, conatus Feliciani recidunt ad irritum, feruescente aũt huiusmodi rumore, Ioannes filius Alexandri de Comitatu Potokijs, adolescens ingenuus, qui dapiferi offitio tunc fungebatur, Felicianũ in pueros Regios crudelitatis et necis opera ędere, anhelantem primus agressus, sic, vno ictu inter colum et scapulas inflicto, depressit debilitauitq3 vt curruens deflueret pręceps in terrã. In quẽ cęteri Milites et serui Regij, certatim pro fide declaũda irrupunt, capitur et tunc Feliciani filius, qui, familiaribus pro magnitudine periculi si sceleris in fugã versis, vt pr̃is fieret desertor nequidq3 poterat induci, cõprehẽduntur et in fuga Feliciani satellites, et tã ipsi q3 infelicis Feliciani filius,

ad caudã

& corpus multũ pugionibus atritũ in partes descerpunt

ad caudá alligati, equor, tam diu per vicos et plateas tracti sút, donec oſsibus mandatis miserrime expirarent. Quor, cadauera paſsim, per viccos iacentia, dú illis sepultura offitiú exhiberi conseretur indignum, a canibus discerpta atq3 depasta sunt. Testa capitis Feliciani Budá, Manus vero et pedes et cętera cadaueris membra, in principaliores Regni Vngarię Ciuitates distributa, in horrore et notiom tanti facinoris portar, valuis affigenda transegantur. Ad filiá tandem miseri Feliciani, Clara quidé nomine, sed sorte ei proueniente obscurá, furor Militú éius in vltiom tentatę mortis et vulnery Regiorú operá nouantú peruenit. In Curia Reginę Elizabeth inter virgines Nobiliú Reginá comitantiú morabatur, pulchritudine et forma excellens, facile oim aliar, decoré peruincebat, sed calentibus adhuc Militú animis nec formę delatú, de grege coanar, extracta, quam factionis paternę credebatur fuisse cósciam, in naribus, labijs, et vtriusq3 manus digitis truncata, p Ciuitates vicinas et Villas, in spectaculú Semianimis et miserra ducta, vociferare crimen suú et paternú cófessione publica compellitur. Juste illi truncatiom membror, propter scelus in Regem, Reginá, et prolem eor, nó cupiditate Regni, sed iniurię magnitudine tentatú accidisse. hac excruciata, altera filia Feliciani Zeba nomine natu maior, et cú marito Copaij cui nu-

pserat capite damnata est. et filij Copaij in exilium acti, plu-
res deniq3 alij, prefati Felliciani frēs et cognati, aut morte, a-
ut exilio, mulctati sunt, nōnulli in Poloniā venientem, illic
perpetuū agunt incolatum, vocitanturq3 Amadeiones, Aquil-
lam, Albam sine pedibus pro insigni Nobilitatis deferentes
Quor successio et genus quāuis in humili et vix nota sorte,
etiam et hactenus perdurat. Habet ē nōnullor assertio,
Felicianū Militem in eam rabiem lapsū, Ideo fuisse, qd Eli-
sabeth Regina Vngarie, filiam ipsius Felliciani Claram, apud
se demorantem, Germano suo, Casimiro filio Vladislai Polo-
nie Regis tunc in Vngaria agenti, eius decore capto prosti-
tuendam tradiderit, vel ut prostitueretur, dissimulatū vul-
tum et animū gesserit, valitudinariū eni se prafatus Dux Ca-
simirus quo facilius famē libidinis suę impleret, fingens ve-
lut languens, lecto iacere cepit, ad quē visitandū cū soror
germana Elizabeth Regina Vngarie, ā qua plus quā germāo
diligebatur affectu introisset, et cordis illi, nō corporis egritu-
dinem, qua super Virginis Clarę cruciabatur amore, probe
nosset, familiaribus qui egrū observabāt, quasi secū nonulla
secreta tractatura de cubiculo electis, sola illic nō nisi cum
prefata Virgine Clara cōmitante remansit, et verbis aliqbs.
in spēm factis discessurā, Virgīm Clarā apud Ducē Casimir
prostituēdā

prostituẽdam, reliquit. rata, prostitutiõm huiusmodi parui a:
ut nullius momenti culpã fore, et nec prodituram ad publicũ
neq3 aliqd' causaturam discrimen. Diuinitate aũt scelus pro:
stitutionis exhorrente, secus ẽia q3 Regina Elisabeth reba;
tur, prouenire, Virgo eñi Clara, a Casimiro Duce pro libito op;
pressa prostitutaq3. prostitutionis suę dedecus. Feliciano pa:
renti, secrete vltum iri obsecrans stupr suũ insinuat. Qui
in dignitate rei et iniurię promotus ad obtruncãdũ Carolũ Regẽ
dominum suum, et Elisabet Reginã, eorũq3 pignora, sciens Ca:
simirum Ducẽ se ex Vngaria in Poloniam euoluisse, destinat,
et obtruncationis facinus ordine quẽ descripsimus attentans,
sibi et vniuersę domui suę miserabiles cruciatui innexuit.
Asserunt Pannonior Proceres, ex eo die quo huiusmodi facinũs
apud illos patratũ est, omnẽ felicitatẽ ab illis et Regno eor
defluxisse, et innumeras clades et vastationes, a Barbaris e:
tiam vsq3 ad nr̃a tempora deriuatas, in illos recidisse. Eliza:
bet etiam Vngarię Regina, obprobrium Ministerij sui in vita
et morte ferre coacta. Kictaua Regina in vulgari Poloni co,
quod significat manu manca vocitabantur. Casimiri vero
Ducis expost Polonię Regis semen, paruo tempore durans,
vltio diuina delenit. sororinũ suũ Sed alioquin exitu cru;
delius, in Hispanor Amalibus legimus occidisse. Gotlor

enim Rex Rodericus, filię Iuliani Comitis sportanatorꝝ, apud Curiam suam demoranti, vim inferens, ab eodē Iuliano Comite, Arabibus illū adiuuantibus, circa flumen vedelac, octo continuis diebus diuinans cōflictus & occisus est, et vniuersis fere Hispanis ab Arabinis occupatis. Gottorꝝ gens Asię, Europę, et Africę inclita triumphis, vnius hōis pessundata flagitio, prope in exiciale excidium exterminiūq3 acta armis Arabicis incuruata succubuit.

Carolus Rex Vngariæ dū sine causa Valachū inuadit ac conditiōes

æquas oblatas ab eo spernit per ipm funditus dula ꝓfligatur, ita quod vir ipse cū paucis in Visegrad aufugerit

Casuali & extra ordinario periculo Carolus Vngarię Rex euitato, in aliud æque ingens voluntariū quidem, & deliberatum, non tā sibi q3 suis exitiale prolapsus Bazarado et eīm Valachię Woiewodę, suggerentibus et ad id eum multiplici suasu pellicentibus, Thoma Woiewoda

Transiluanen

Transiluanen et Dionisio Baronibus bellū, causa belli non exi-
tante indicit. Thoma et Dionisio prefatis Valachię ambien-
tibus Principatum. Seuerino aūt expugnato et Dionisio tra-
dito legati Bazarad veniunt ad Carolum petentes, ut ab ar-
mis discederet Bazaad septē Milia marcar argenti, et Se-
uerinū dato filio pro vade ei largitur, et in potestate sua
futur vlteriorem in terras suas expeditiō sine Regis et
exercitus sui periculo transigi nō posse. Rex aūt Carolus
aq3 humiliq3 legationi superbe respondens, cōminatus est,
Bazarad velut vnū ex Bubulcis et pastoribus ouiū summ
de Tugurijs per barbam extractur: et licet a Consiliarijs
rogatus, vt mitius respōsū susceptis qua offerebantur a-
deret, a sententia et priori responso nō poterat dimoueri,
et promoto exercitu, nō prouisis cōmeatibus neq3 itineribus
exploratis, alpes et inuias syluas, arentiaq3 intrauit loca.
Illos quoq3 diebus aliquot peragrans, famis inedia, anteq3
eas superaret, exercitus laborare cepit. Ad quā restingen-
dam ampliora etiā Regem veritū discrimina. Treuge pac.
a Bezarado magis petitę q3 datę sunt, ea conditione appo-
sita, vt a Bezarado darentur scioli et fideles itineris Du-
ces, Regem Carolum et copias exercitus eius cōpendiosiori
via in plana Regni Hungarię reducturi. Sequebatur itaq3

Carolus Rex, et suus exercitus, Duces a Basarado datos; ter monstrantes, nullū dolum pace data hosti reconciliato inesse presumens. Duces aūt itineris, iuxta instructionem & mandata quę a Bazarado acceperant. Regē et exercitū eius ad stricta & concaua montium perducunt. vbi Vala: chi et a fronte et a tergo exercitum Regis inuadunt. Cęte: ri aūt superne tela et saxa iacientes, plures mortales, cū nec pugnandi nec resistendi prębaretur facultas, tuti ipsi ab omni inuasione, passim miserabili morte cōficiunt. Carolus Rex sero superbę responsionis et sprętę oblatiōis et consilij pęnitens. Cum videret fortissimos quosq3 Mili: tes suos absq3 dimicatione ante conspectū suū et oculos morte indigna confectos esse, indumijs insignibusq3 Regalib., ne agnosceretur, abiectis, et in filium Dionisij, Desow nomie, collatis. Qui et ipse postea Rex creditus, saxis et telis ob: tritus est fugam capessit, et cū paucis ignonimiosā mortē aut calamitosā captiuitatē ęgre euadit. Reliquus exer: citus Regius, aut miserabili morte, aut turpi captiuitate vel fuga confectus, Valachi. oīm rer quas tantus consue: uit habere exercitus. Sacerdotibus etiam Domi qui Regē comitabantur nō parcendo, aut crudelr trucidabant. aut pro voto depactabant. Carolus Rex fuga cū pauc saluatus,

in

in Vissegrad priuato sordidoq3 habitu, plurimos lugubres eiulatus et lachrimas de strage et ruina sui exercitus vociferans et effundens, peruenit, presentibus ac posteris abutendi humili oblatioe, et conditiõ hostis, inflato spũ aspernandi. eficax prebiturus remediũ.

Decimo sexto Calch Junij Vencestaus al's Vanco filius iunior Boleslai Masouie Ducis, ex Bohemia susceptus crudelis et Iracundus in Milites et subditos. In Vissegrad moritur et in Plocẽ Ecclia sepelitur, filium vnicũ Boleslaũ quẽ ex filia Gedemini Lituanie Duc' susceperat relinquens.

Fratres S. Marie de nigra Cruce Ciuitatem Rigensem inuadunt et occupant.

Sub Pontificatu Ioannis xxiii Archiepi Rigẽ tũc in Romana Curia agente, frẽs domus Theutonicor S. Marie de nigra Cruce, post varias oppressiones, violentias et damna, fundatoribus suis Epis Liuonie et eor subditis illatas, Ciuitatem Rigẽ a primeua eius fundatioe, ad Rigẽ in tẽpora

libus, et omni dominio pertinentē Ecclīa inuadunt, obsident, expugnant, et occupant. eo nimirꝝ in Archiepum Rigēn fundatorem suū vsi officio. quo et Cruciferi de Prussia, in Reges et Principes Polonię fundatores suos, in occupāda terra Pomeranię vsi fuerant.

ernerus Magr Prussiæ necatur succedit Lutherus in Magistratū.

Decima nona Octob. in Castro Mariemburg Vernerus de Orszla Prussię Magr, ab vno suorꝝ frūm Cruciferorum, Joannem de Gindorff in cenaculo, multis vulneribus confossus interijt, et pęnas occupatę Pomeranię terrę dedit. In cuius locum Lutherus de Brunszuik successit.

ntipapa qui à Ludouico Imperatore erat constitutus captiuatur & in carcere moritur

Pisani, Petrꝰ Corbarien, frem ordinis minorꝰ, falsũ Romanũ Pontificem, quem Imperator Ludouicus in Germaniã transiẽs Pisis reliquerat, captiuant, et ad Ioannem Summũ Pontificẽ in Auinone tunc agentem transmittunt, apud quẽ errorẽ suũ confessus, vitã tantũmodo sibi concedi suppliciter exorabat, sed iussu Papę, in carcerem honestum trusus, et triennio molestias captiuitatis perpessus interijt: præfatus siquidem Ludouicus Imperator, moleste ferens se á Ioanne Papa, duodecimo excomunicatũ nunciari. Præfatũ Petrꝰ Corbarien. vnitatem Ecclię scissurus in Antipapã erexerat, scismaq3 xx primũ introduxerat, qd paruo tempore durauit. eod Petro Corbarien capto & cedente.

Vladislaus Rex per Oratores petit á Pontifice Crucẽ et pecunias cõn infideles cui Papa dat Iubileum vnde multos thesauros acqsiuit.

Vladislaus Primus Polonię Rex, Missis ad Ioannem Papam xxii in Auinione tunc agẽn notabilibus oratoribus, et exposito quanta bella, inuasiones, depopulationes, terrarꝰ

Regni sui a Tartaris et Lituanis Barbaris, interdū simul iū-
ctis, interdum sparsa manu et clandestinis inuasionibus Regnū
Polonię atterant, prædaq3 citato agmine rapta, senibus et im-
puberibus necatis puberibus vero in seruitutem miserabilem
redactis fugientes abducant. Petebat se Passagio vniuersa-
li siue crucę contra Tartaros et Lituanos danda, a Ioanne
Papa, et consignatiōe aliquot miliū florenōz, quo facilior Bar-
baris fieret resistentia, iuuari. Sumus aūt Pontifex inter-
positis quibusdā rationibus, et excusationibus, vtrūq3 ne-
gauit. Nec tñ Regios Nuncios vacuos a se remisisse absq3
aliqua consolatione videretur. Iubilei anni gratiā, in festo
S. Stanislai in maio tribus diebus, et in translatione eiusdē
S. Stanislai Autumno alijs tribus diebus in Cœlia maiori Cra-
couiēn agendum cōcessit, ea conditione, vt quilibet illam me-
riturus, duos aureos in capsas pōneret. In defensiōm contra
Tartaros, Lituanos et Barbaros, a Vladislao Polonię Rege con-
uertendos. Agebatur itaq3 Cracouię in utroq3 festo Sancti Sta-
nislai annus iubilens, et multitudine magna, nō solū ex vniuer-
so Regno Polonię, sed ex Regno Hungarię Slesia, ora, vici-
nis q3 partibus concurente, nō mediocris summa auri collecta
est, et pro defensione Regni Polonię per Vladislaū Regem
prefatū fideliter conuersa.

Senex

enex iam Vladislaus Rex, nec videns, Prutenos satisfecisse concordię treugar. Filiū Casimir. maiori Polonię pręficit accepto Vincentio de Shamotuli de dō Nalec Capitaneatu Posnanien q indignatus ad Magrum fugiens, cū eius exercitu usq ad Pisdri oīa combussit & cū victoria ad Thorun redijt

Annus Dñi 1331.

Bellum per Vladislaū Polonię Regem, cū Cruciferis de Prussia gestū, et si anno superiori (prout demonstrauimus) per treugam aliasq conditiones, pacē perpetuam effecturos, fuisset dilatum, Cruciferor. tam conditiōm in treuga appositam negligentibus, et Ioannē Bohemię Regem, iuxta obligatiōm suam, pro decidenda questione et lite super terra Pomeranię exorta, non adducentibus, nec pollicitationi et conditioni huiusmodi, in aliquo parentibus. Licet Vladislaus Polonię Rex Carolum Vngarię Regē ad diem & locū constitutū, satisfacturus,

compactatis adduxisset: Mox de integro reuocatum Maxi;
moqꝫ Regni Polonię periculo summa rey. nisi propriatio di;
uina tulisset remedium, euersuro. bellū geri ceptū est. Id
aut ex re et occasione. Cui fit) tenui ortū, maximū parturi;
uit confecitqꝫ incendium. Vladislaus enim Polonię Rex, ad
obeunda belli imminentis munera, ad expediendas qꝫ respub.
Regni sui, quę corporalem requirebant presentiam. videś
se grauem & seniograndeuū esse, in festo Benedictę trinita;
tis. in Oppido Chenczini, quata decima Junij, generalem
omniū terray suay tenet conuentum. Vbi et de bello cū Cru;
ciferis gerendo et de rebuspub. expediendis Pralatoy et Ba;
ronū suarum sano vsus consilio, certas facit ordinationes
et edicta. Inter quos, filium suū Ducē Casimiy, viginti &
vnum annos natū. Ceterum adolescentē ea indole, ut iam
tum apareret, eius Regnū oppulentius qꝫ in quod a pre suc;
cesurus esset, facturum. Terris maioris Polonię pficit et ple;
nam illay gubernatiom et admistratiom singulay rey. vt
domestica recte curarentur et quietior ipse curis magis lon;
ginquay terray solutus. Cracouię consistat ad reliqua: abro;
gato destitutoqꝫ Vincentio Posnanien Palatino a maioris
Polonię Capitaneatu, Demandat. Pluribus monitis et inter;
minationibus illū obstringens, vt iustū in subditos ageret Im;

perium

perium, et pro recuperanda terra Pomeranię Cęterisq3 gadib.
Polonię Regni, a Cruciferis, saxonibus, et Bohemis occupatis o:
mnes conatus, labores et studia conferret: Inuasiones quoq3
Prutenicas pubescentibus tũc lacertis, patriũ Ciuitatis mo:
rem, et militum robore refelleret. habiturus in õibus, si metum
et amorẽ diuinũ in pectore syncere gestauerit. et a subditis
subiectiõm deuotam, et in singulis actionibus suis continuam
prosperitatẽ. His mandatis, filiũ stabilitum et instructũ
et viã patris exequi pollicentem, in Maiorẽ Poloniam cũ Mi:
litum caterua, non sine lachrimarũ efusione remittit, ipse Cra:
couiam regreditur, seniles annos in quietis dulcedine de cę:
tero absumpturus. Sed qd in status Regni erat ordinatum
stabilimentum, Id illico sęuam perniciem produxit, Vincenti:
us ñeñi de Shamotuli, Palatinus Posnaniẽn, de Nobilitate
et familia quę fasciam defert pro insigni et in vulgari Poloni:
co Nalencz vocitatur, ademptũ sibi maioris Polonię Capita:
neatum, et lucris ex illo prouenientibus. quibus eius æstima:
tio in sublime tendebatur, se priuatũ grauiter et iniquo animo
ferens, magno furore indignatus, nõ secus q3 aliq3 hęreditatẽ
amisisset, qui nõ consueuit alieni nisi precario, quo et ipse mõ
illũ consecutus funeat, concedi. Simul quoq3 quedã sua fo:
refacta, post destitutiõm suam plurimum patefactionis &

inuidię habitura metuens vltũ iri, crimen prodende patrię, sed non ad ultimũ excitiale, opus non sane legittim, sed spũ maligi; tatis ausu, in animũ inducit, nec in illo exequendo aut secum, aut cum aliquo fido amico quicq3 deliberationis aut consilij captat, sed sine omni cunctatione, qua pot celeritate, spe noũ uandaꝝ rerum, et cupiditatis ac superbię furore efrenata temeritate incensus, ad Magrum Prussię luterũ aduentat. Quem cũ in Marienburg offendisset, pluribus verbis et promissionibus perlicit eum, vt armis sumptis Polonia Maiore inuadit. Xunq3 pręcesisse tempus. sed nec affuturꝝ esse astruit, in quo vberioribus donis fortunę Magister & ordo, in id velint suapte negligere, potiri pũt et ordinis sui efficere dilatatiõm. cũ tã ipseq3 omnes genus suũ quo nullũ aliud ea tempestate in illis oris ostendebat pstantius, partes Magistri et eius ordinis essent enixius adiuturi, seducẽ belli, se exploratorẽ, se omniũ quę expeditio illa requirebat administratorem se deniq3 Castra et municipia Maioris Polonię, adhuc sub sua potestate consistentia resignaturꝝ, et filiũ regis Ducẽ Casimirꝝ, in manus Magri viuũ pollicebatur traditurꝝ. Tam ample oblationis et benegerendi belli. Qd prope diem cũ Polonię Regno gesturus erat occasiõm, Magr Prussię Lutherus nequaq3 sibi negligenda duxit. sed satis potenti & frequenti exercitu

exercitu. Qui ex Almanię regionibus, donatiuo conductus ad-
uenerat, duos Capitaneos illis preficiens, vćz Theodoricũ de
Aldemberg Marsalcum et Othonem ex Lutemberg et súiia
comẽdatoy. et vincentij Palatini Posnanięn cuncta gestu-
ros in Poloniam qȝ secretius potest transmittit; in Thoruñ ip-
se Magr sub expeditionis tempore moraturus. Exercitus
itaqȝ Magri superato circa Thoruñ flumine Visla, ad Castra
et Oppida Brzescie, et Juniwladislauiam primũ Vincentiũ
de Pomorzany Palatino Ducatũ prebente, in die s. Marię Ma-
gdalenę applicat, et oppidanis remisse vigilias obseruantibus,
pro hostibus, proprij et amici crediti, ad ipsas portas quę pate-
bant insiliunt, parumqȝ aberat, et tam Castris qȝ Oppidis
prædictis potirentur, donec per signa armaqȝ hostes cogniti,
per Cives militesqȝ in Castris consistentes, plurima cędę, in
his qui laxius portis menibusqȝ accesserant, edita, ignimiose
repelluntur.

Accepta apud Brzescie et Juniwladislauiam non medi-
ocri Cruciferi suoy clade et repulsa in maioris Polonię inte-
riora, furtiuis itineribus concito gradu, anteqȝ eoy hostilis
ingressus vulgaretur et priusqȝ Vladislao Regi tumultua-
rios milites colligendi vlla esset facultas Vincentio Pala-

tino Posnanien, ad euertendá concremandamq3 patriam di-
rigente monstranteq3 uiam, perueniunt, et Oppidú Stupcza.
Posnanien Cpi, nihil tunc hostile ueritú, facto repentino in-
sultu capiunt. Quo óibus fortunis spoliato, et incenso, prin-
cipalioribusq3 Ciuibus in uincula coniectis, propere in Pisdri
(ibi enim filium regium Casimiri consistere ab exploratoribus
Vincentius Palatinus didicerat) perueniunt. Ea sibi spe pro-
posita, qd illic essent, prefatú Ducé Casimiri aduentú eor et
irruptiom minime suspicantem occupatori uehementi itaq3
inuasione Oppidú Pisdri aggressi, facile illo, cum adhuc oia
neglecta, nulla prouisa in defensiom forent, potiuntur. Dux
tn Casimirus periculo quod iminebat parú ante denunciato,
ex Pisdri cú fidelibus Militibus discedens, et in loca syl-
uestra uelut tutiora se conferens, spes hostiles fauore di-
no fefellit. Cruciferi itaq3 nobilem et pracipua pradam se
amisisse dolentes, maiori furore et colera in Ciues Pisdren
debachantur, et pluribus captiuatis, ceteris cesis aut tor-
tis. Oppidú Pisdri cú Ecclijs et Monasterijs succedunt, spo-
lijs non modicis illic ditati. Conflagrato aút et spoliato
Oppido Pisdri. Omnem oram Oppido uicina citra & ul-
tra Vartham sita spolijs & incendijs. Vincentio Palati-
no Posnanien, in omnia huiusmodi facinora pauidos, &

repressiom

repressiõ verentes erigente, hostili animo corripiunt. Demolli-
tis aũt et igne pastis plurimis Oppidis et Villis, nullã experi-
ti iuxta assecurationem à Vincentio Palatino prestitam, resiste-
tiam. In Thoruñ, multos Oppidorũ et Villar Maioris Polonie
secum vehentes predam, Vincentio Palatino Posnanien etiã il-
los cõmitante reuertuntur. Cruciferi siquidem, vitij magis qz
ingenij humani more, in cupiditatem, quo plura per iniuriam
occupauerãt, ampliorẽ incensi. nec accessione Pomeranie con-
tenti, totius Regni Polonie Imperium affectare, aut saltẽ illud
ne alicui vsui foret delere, si minus, languidare, et ex mala cõ-
scientia (digna quandoqz sibi per illud euentura) ceperũt.
Diuturnam eaꝝ terrarũ quas oppressione et sanguine occupa-
runt, possessiõm nõ habituri

Congregato ingenti exercitu Vincentius de Samotuli à Magro Prus-
sie omnes terras Lancicie Siradie & Polonie ma-
xima crudelitate populatur & incendit, Ita vt nũqz in
Polonia similis casus acciderit.

Successibus et spolijs ex Polonia per exercitum suú Lu-
therus de Brunswik Magr Prussię relatis, plurimú exhila-
ratus, comendato vincentio de Shamotuli Posnanien Palatino,
quod fidem promissam syncere custodiendo ea ad quę iuerat
executus fuisset, Maiores ausus, Maioresq3 spús, Ipso etiá Pa-
latino Vincentio illos, et fide prestita, et in postey prestanda
verbis augente assumit. Multosq3 mercenario Milite ex Rhe-
no et partibus Almanię conducto, etiam copias non solum
ex proprijs gentibus, sed etiam ex Liuonię Regionibus, per
Magrum Liuonię missas, in frequenti numero contrahit et
exercitú ingentem ordinat, preficiens illi Theodoricum de Al-
demburg Marshalcú, in Capitancum Othonem, prouincialem,
Zigradum Cgilpergen, Joanné Dobrzinen, Iterum omnes comé-
datores singulas terras, vczt Culmen Michalouien Prussię
& Pomeranię, quas superioribus annis dolo et fraude occupa-
uerant, omniumq3 Conuentuú pugnatores et Milites, vt exer-
citus esset auctior, illi adiungit, et ad vastandú vniversú
Regnum Polonię sub ductu vincenty Palatini Posnanien,
quem largitionibus et promissis presentibus et futuris ad fi-
dem aque prestandá obligat transmittit, aduenisse rarum
tempus, et nullatenus negligendum ratus. In quo vastatio
Regni Polonię et illius quęq3 direptio posset ipsis impune

prouenire

prouenire. Regem quoqꝫ Polonię de renunciando iuri terrę Pomeranię posse impelli. Grauem itaqꝫ aquitū sed et peditū insignem numerum, et Milites expeditos in armis exercitos habens, exercitus Pruthenicus circa Thorun cuius Otho de Lucemburg Comendator Prouincialis ductor fuerat. Vislā traycit, et terra Cuiauię nulla vastatioe pręter cōmeatus violata (illam enim iuris sui et proprietatis in redeundo facere destinauerant) in terrā Lancicien peruenit, et Ciuitatem Principalem eiusdē terrę Lancicien, Castro per Milites Regios egregie defenso conquirunt. Et oēs villas eiusd terrę atqꝫ Oppido discurendo in Girū succedunt ex Lancicien terra ad Oppidū Calisz iter uertunt. Et Castro cōquisito ab Oppido cū multa suor strage repulsi, quiqꝫ diebus Joannis Bohemię Regis, qui se in illorum solatium cū Bohemico exercitu ventur spoponderant, prestolando aduentū statiua agunt, sed aduentu Bohemię Regis frustrati, à Calisz promoto exercitu versus Gnenam et Gnesnā peruenien, etiam Ecclię Metropolitanę Gnesnen cū suo Oppido Pneij. nę Nakiel Srzodę, Pobiedziska, Cleczko, Kostrzin, et villis atqꝫ Oppidis passi discurendo flamas iniciunt. Flagrabant enim oi studio Corpus S. Adalberti in Gnesna reperiendum inde auferre, primum itaqꝫ Eccliam Gnesnen

adorti, et spe sua frustrati, corpus Sanctũ diutius quęsitũ, nec repertũ, Cętera Ecclię Gnesnęn, ornamenta, vasa sacra et Clenodia, nõ secus quã Barbari diripiunt. A Gnesna Vincentio Palatino gressus eor regente, versus Vnieiow & terram Syradięn, dando spoliis & incendijs violentisq3 virginum et mulierũ defloratiõnibus et corruptiõnibus, operam procedunt. et Castrum Principale Siradięn Castrũq3 Vnieiouięn, et oppida eis annexa capiunt. Item Oppida Vartam Sthadek. Staw. et Villas circũquaq3 consistẽ. Monasteria quoq3 & Ecclias in dictis Oppidis et Villis consistẽ ablatis omnibus concupiscibilibus, et rebus quę illic reperire poterant, ignis conflagratione demoliuntur. Priore aũt Monasterij Siradięn ordinis prędicator, Nicolao, genibus curuatis et proculuto apud Hermanum comendatorem Elbingęn prior, contraxerat, supplicanti vt a cęde hominum innocentũm, et presertim a spolio Monasterij eor & Ecclesia et crematione in qđ se plures homines cũ bonis & fortunis contulerant abstineret. Et edibus sacris parceret, Despectis precibus prioris. Prutenico linguaio pro maiori superbia demonstranda respondit. Nepresth idẽ non intelligo. Monasteriũq3 irruens, singulas res diuino nomini, in calcibus, crucibus, ornamentis, casulis di-

catas

catas, et fortunas diuersorum hominũ, fractis concussisq3 scrinijs et cistis, abstulerunt Monachos quoq3 Sancti Domi-nici quotquot in conuentu erãt, capis homines uero vtriusq3 sexus in duuijs, usq3 ad extremã denudatiõm spoliare non horrebant. Siradien terra spoliata et exusta, Iterũ ad Op-pidum Calisz exercitus hostilis aplicuit, qd dũ aliquod diebus sine aliqua profectu (locus enim alueo fluminis prze-sne ubiq3 septũ inaccessibile est) eorũ impugnationẽs cona-tus et studia irrisit et plures de exercitu eorũ propius por-tas et mœnia pro demonstranda animositate audentes ac-cedere interceptos, iusta nęce extinxit. In quo vltiõm Cruci-feri in Oppidũ Kouijn et in Villas et Oppida tectaq3 innocua, multifarie diuisi, complendo omnia spolijs incendijs et cę-dibus, seuiebãt cũ agris magis q3 cũ hominibus, uerendo po-pulandoq3, impium trahebant bellũ nunq3 tot incendia tãq3 lata manantia facinora cõmittere ausi, nisi illos vincẽtij de Shamotuli palatini Posnanien patrię proprię prodito-ris obstinata iniquitas, ad ea peragenda et incendisset & adiuuisset. Quapropter maledictus furor impijs Vincentij Palatini quia pertinax, et indignatio eius quia dura, vesanus furia, animosus indignatiõe, impetuosus furore, oblitus fide-litatis, immemor religiõis cõtemptor honestatis, crudelis in

se homicidia in proprios, proditor in dominũ hostis in domesti-
cos uastator in patriã. reus in oẽs, sibi et domui sue improperi-
um sempiternũ omniũ pectora Polonor. sua memoria, prouo-
caturus in amaritudĩm, et se, suamq3 progeniem fedo nota-
turus cauterio.

Milites et Nobiles Polo-
ni facto per septẽ milia-
ria aggere illic se tueri

parant & rustici oẽs res et pecora illuc ducunt, quo
cognito Pruteni tria Equor. milia illuc mittunt, qui
omnes quasi ad vnũ per Polonos occisi sunt.

Tam graui aũt et tam horrenda vastatione Milites et no-
biles Poloniẽ, qui ad lacũ Niezamisl et in circũ eius habi-
tabant, cognita, arcturi hostes ne ad se quoq3 penetra-
rent, septem Miliaribus, in longum, aggerem a Zwolna
et Camppa Villis incipiẽn, vsq3 ad Oppidũ Glushino
extruũt, fossaq3 profunda cingunt, lacusq3 à se distãn
fossato huiusmodi comittunt, rati hostes transaggerem

penetrare

penetrare nō ausuros. Verū cognito ad locū predictū plures milites et aggrestes conuenisse, et peccus frequens ex regionibus quas vastauerāt illic conditū esse tria Equestrium milia illuc transmittunt, nobilem et frequentem predam consecuturos. Milites autem et nobiles Polonię qui se illuc abdiderant certiores de aduentu hostiū, denūciatib. aggrestibus, facti. Vladislaū Polonię Regē propere auisat. Qui illis Marshalcū suū cū aliq̄t centenis Curiensiū suor trāsmittit. Quo solatio erecti hostibus ad aggerem occurunt. Et aggrestibus copias eor augentibus, hostes tanta cēde cōfligunt, vt pauci admodū cruentā mortem (neminē enim capi aut captū aggrestibus seuientibus seruari licebat) euaderent. Cladem tunc Cruciferis inflictā, etiam ossiū humanor multitudo, in palestre loco consistens, in eam vsq3 adtestatur diem.

Vladislaus Rex quā uis iā decrepitus bellū cōn Pruthenos gestu

rus in Poloniã vadit
vbi uidens se impar̃
viribus, nollens congredi, ad Vincentium de Sa:
motuli mittit illamq3 ad miseratiõ patrię in:
ducit cuius consilio & ope circa Radzieiow bis
Truthenor̃ potentia funditus delet vbi su:
pra .40. millia cęduntur, paucis insigni:
bus capt.

Quamuis aũt Vladislaus Polonię Rex, cognito
Cruciferorum in terras sui Regni in forti multitudine
altero ingressu, quamuis in ętate pene decrepita esset,
constitutus, et in diebus suis longius progressus, quę
martis opus oẽ, et bellicos stridores, mollitis ac tempe:
ratis affectibus refugeret, et rugosa iã fronte senex,
tepescens viribus, et corpus gerens in mortem, senecta
corporis ad munera belli inualidus, seniles & langui:
dos artus superioribus bellis & annis sentiret exhau:
stos, virtute tñ vicit naturę incõmodũ, dificultates &
labores bellicę administrationis iusta ira, viuacitatẽ
submistrãte

subministrante et vires. Et cũ exercitu plurimorũ Militũ suorum, ex Cracouia Sandomiriẽn et maioris Poloniẽ terrarũ collecto hostibus præfatis Cruciferis, tunc terrẽ Lancicien imminentibus, occurrit, statuens cũ illis quã primũ decernem et tã seuã Regni sui vastitatẽ, reprimere & propulsare. Grauis eñi, licet nõ Militaribus solũ sed domesticis q3 abscessis et muneribus, in corpore tñ decrepito uigebat uis animi consilijq3. Pluribus tñ gradibus copias hostiles suis videns superiores, et plurimũ sub signis equitatum in ordinibus stare, a quo si pugnã inire contingeret, possit sua acies interumpi. In discrimen vniuersẽ dimicatiõis, quemadmodũ animo destinauerat nõ satis ad obsistendum sibi viriũ ratus, venire cũ infirmiore robore ueritus, exercitum hostilem in õia quẽ diuertebat loca sequendo ex abditis & insidiosis locis data oportunitate, grandi & crebra strage, et irruptione assidua, afficiebat eos prẽsertim qui aut pabulatum frumentatũq3 ibant aut ad spoliandas incendendasq3 Villas discurebant. Constituerant aũt Cruciferi, dũ apud Comin in redeundo agerent, prẽtio Regem inuadere ordinatisq3 aciebus perlicere illum credebant ad pugnã. Sed Rex tunc suas vires metiens, et de statiuis propere secedens, distulit certãn

hinc quoq3 effectū est, vt hostes sua inuasiōe territi, aut prodire longius ad inflamanda rura pertimescebāt, aut prodeuntes obterebantur, nec late manare potuit ab vniuerso hostili exercitu patratū incendiū, huiusmodi repressiōe & pauore sepius restrictū. Rex interim Vladislaus corpore cruciabatur et spū, dū et sui Regni p̄dam et incendiū cogeret intueri, fumo et fauillis, sepius oculos eius et exercitus sui implentibus, et strepentibus clamoribus plorantiū subditor, opemq3 suā nō tā uocib. quam fletibus exposcentium ad miserationē moneretur ad certamen tñ ineundum, et suor paucitate disuasiōeq3, et aperta periclitatione prohibebatur. Fluctuans igr multa spūs anxietate, inopsq3 Consilij et quid in tot malis sibi restaret agendum secū voluens, mira dudum exercitati intellectus eruditiōe inspiratus, concipit. deficientibus viribus iustis dolis vtendū esse, et eo instrumento vires hostiū contūdendas fore, quo ipsi q3 maxime ingerendo p̄senti bello vallebant. Ad Vincentium itaq3 de Szamotuli Palatinū Posnanien, hostile exercitum suo ductu, suaq3 industria gubernantem experte fidei nuntios secreto mittit: monetq3 illū vt miserę afflicteq3 patrię sua proditione in deformitatem etiam

hosti

hosti lugendā perductę, reliquiis consultat. studia quoqꝫ sua et ingenia, perniciem et interritum patrię afferentia, in eius salutem et stabilimentū conuertāt, nec conctetur hostes sua proditione, traducere ad ruinę laqueū, qui patriam hosti prodere duxit, non indecorꝫ habiturus perpetuā impunitatē patratę in Regem et patriam proditionis, si scelus scelere compēsando Cruciferos perduxerit ad metā stragis et iustę vltionis, Motus his uerbis infælix proditor Vincentius. Tā enim furori suo, pro destitutione sua à Capitaneatu. Maioris Polonię prima in fauillā et cineres redacta et eius miserabilis imago, sacietatem pręstiterat, pęnitentiaqꝫ animū subibat, in tam horrenda execrandaqꝫ opera, sibi et posteritati suę perpetuę infamię notam inurentia, cęcidisse offert se ad oīa, quę salutē patrię affere possent, fidelē operā nauaturꝫ, pariturumqꝫ in oībus Regis Vladislai ordinationi. In conspectum quoqꝫ Regis nocte, prębita occasione Cruciferis quasi exploratum iret, perueniens, paucis consciis, in secreta colloquia admissus primū sibi per Regem et filiū suū Casimirū Ducem, tunc etiā pręsentē petit, de his quę in Regem filiūqꝫ suū et patriā admiserat ignosci. Quominus cunctanter optento hostilem exercitum numero quidem magnū re aūt ipsa tenuem et languidū impedimentis ma-

gis quá viris refertũ, facile, si quis inuadere audeat, vin-
cendum, magis ad fugá quá ad pugná procliuũ, et ipso Sar-
cinar, spoliorumq3 ouere sibi ipsi grauem, semper, ne quesita,
amittat pauidum, vastam et tumultuariá multitudíñ, pau-
citati expedite cessurá, plurimis uerbis sententijsq3 ad
erigendum Polonor, animos astruit et declarat. Et quo mi-
nor de relatione sua trahatur ambiguitas, se ad ciendũ
pugná, ad inuadendũ hostẽ a fronte, priusq3 hostiles impe-
tus, qui feroces et validi consueuerunt esse, exceptur, polli-
cetur. Magna oratione persuasioneq3 sua, et Regi et Mi-
litibus audaciá futuri triumphi formauerat: in magnos au-
sus animos perculsos erexerat. Neq3 eñi magis prodesse
amicũ in bello, quam cũ se hostem fingeret, neq3 magis no-
cere hostem, quam cum amicus putaretur. Vladislaus Po-
lonię Rex qđ magnoopere optauerat adeptus, rem spei p-
mittit, opportunitate tribuente fortuna cõgressiõis cũ hos-
te facinus grauiter adimpleturus, in hanc spẽ cõclusiõmq3
dimissus, data acceptaq3 fide monitus magis quá roga-
tus syncere ea quę spoponderat exequendi, ad Cruciferos
regreditur, paccata õia referens per exploratiõm didicisse.
Vladislaus aũt Polonię Rex et si probe nosset, neq3 ma-
gnitudíñ se neq3 numero parẽ esse future dimicatiõi Fortunę

tñ

in committendū et altero die prelium cū hoste conserendū decre-
uit. Prastare enim visum est extrema oia perpeti, quā prælium
cum eo hoste, qui patriā infauillā redegerat omiti. Filiū in Ca-
simirū ex ipsa pene acie, iubet in Castroy fortiorū loca disce-
dere Gregorio Nekanda Militi, illius salute et cura comis-
sa, de genere, hic erat bipenniū, Regno et patrie, si hostis po-
tiri victoria sorte contigerit, suo tempore succursuy. Jam e-
xercitus Pruthenicus in Prussiā redibat, iam in Regium vil-
lagium Plowcze, quod alio noīe Bkuodr uicū ignobilem sed
futurę cladis emersuy magnitudine, prope Radzicion
Oppidū sitis, in sua strage insignendum, peruenerat, oppor-
tunū ad explicandas copias ad ordinandas acies, vastā
et expeditam habens planiciem, locū libey, nihil eni silue-
stre circa est, etiam ad ea quę in remotionibus sunt habens
prospectum. Jam illic hostis statiua fixerat. Dum subito
Rex et suus exercitus, qui retrorsū abiisse creditus fue-
rat, aciebus ordinatis infestisqȝ signis, illuscente xxvii
Septemb. sole primū oriente, cū exercitu instructo et ordi-
nibus ad pugnā paratis, se ostentans. Cruciferos diu, an
apparere aut decernere auderet discredēn, donec strepitus
Ehynnitus armoy et Equorū fidem fecisset, in ambiguitate
detinuit, vehementē et subitū pauorē in Pruthenicis Castris
excitiuit, et in tantam turbatiōm terroręqȝ coniecit, vt vix

magno cū clamore et tumultu se colligendi atq3 acies et ordi-
nes constituendi spatiū daretur obiectis tñ ne Poloni in paui-
dos et in preparatos penetrarent catenis ferreis tumultua-
rio magis quam iusto ordine Cruciferi aciem constituūt Cor-
reptis itaq3 Cruciferi armis aciebus ut cūq3 extructis obuia
Regi et suo exercitui procedunt Vladislaus Rex pau-
lisper ut interim caligo nebulæ quę adeo densa erat vt
uix uir uirum cerneret dissoluerętur suos continens pro
adhortatione militum breui et abscissa oratione prout tem-
poris qualitas patiebatur usus. Heccine (inquit) prodire
aspicitis hostes in quos pergimus aui mei Cunradi benefitio
Elemosinaq3 ad eam usq3 furiam que pro delendo meo Re-
gno nostro et gente pro uestroq3 sempiterno grassatur ex
terminio productos. Qui pro impartitis et susceptis a Re-
gno nostro et gente bēfitijs furiosū Palatinū sequendo
patriā nostram cuius benefitio hactenus creuerant cad-
optione et occupatiōe iniusta terra nostre Pomeranię et Ui-
litū meor frūm uestror in ea degentiū cędę et exterminio
parū contenti) spolijs et incendijs delere conati sunt. Depu-
tantes pudori qđ fundationis et origis eor superest memo-
ria. Quos nisi superbię et inexpletę auaricię terras nras
residuas occupare gestient exagitaret furor & facinus
respicerent profecto. Si nō Deū celestęq3 superos, suaq3
quam

quam solo habitu deferunt Religionis normã, bẽficia certe, et suam uocatiõm in has oras Cunradi Ducis Polonor. aui me; i, et obligationis sue manu propria scripte tenorem. Quose et de Chelmẽ terra conquisita Prutenica excessuros, me; dietatem Pruthenice impartituros, et cõn Barbaros Principi; bus Polonie solatia laturos inspicere et reminisci deberent. Qui horum omniũ obliti ingenuas uirgines et matronas, ce; teraq3 generis nr̃i feminas, libidinibus suis polluere, Tem; pla Deo Sacrata uiolare, cede mares et mulieres innocẽtes perimere Omnia dei q3 diuina et humana pessundare nõ sũt ue; riti, incredibilis in illis auiditas Regni nr̃i aut occupandi, a; ut euertendi, insatiabilis sanguinis nr̃i fundendũ sitis. Ju; stis itaq3 cõn tam nepharios homines induti armis, ferocius quo possumus pugnemus, neminem in loco ubi cõsistimus iga; uum esse licet, hauriet hostis tuum, si suũ sanguiné fundere detractaueris. Vnusquisq3 nostrum, non se, sed coniugem, sed liberos, sed patriam, ceteraq3 pignora defendere cogitet. idq3 in animo et in respectu habeat. Qualis nr̃a uirtus in p̃senti certamine enituerit, talem deinde fortunã et patrie, libero; rum et pignor. nostror. fore, iusto nr̃o certamini ferre diui; nitatem opem, certos uos facio. Qua et pro iustiori cõsueuit stare acie, et hostili agmini pro exarãdis facinoribus in hoc im; pio bello amisisse monstrabit infestam, penas debitas pro

illis per uras dexteras exactura Dispar pręterea pugnandi nobis et illis ratio. Illi enim mercenario Milite oppugnatu nos ueniunt, pleni spolijs, cedibusq3 prophanis, nobisq3 in iustum bellum inferunt. Nos bellu nō tā gerimus quā repellimus, multifarijsq3 iniurijs prouocati, pro reliquijs miserę patrię, pro coniugibus et liberis, pro templis et sacris, in hac acie stamus. Hostes compellūt nos, uim et arma inferentes, subditi nos et amici quorum uoces exaudire mihi uideor, in subsidium uocant. Illuc uariarū gentiū colluuies, et honustum nepharijs sarcinis flagitijs et spolijs agmen, geminatis, spolijs si uicerītis. Orabat postremo nonnullos ex nomine appellans, ferrent opē admiraretq3 suasq3 et patrię iniurias, pro agro et incenso et adempto, Vltum irent, nullo alio in loco ęque sibi gloriā paraturos, hunc quoq3 diem qualiscuiusq3 sit uirtus ostensurum. Sic fatus, uidens Milites sua adhortatione in certamen accensos, cauere signa iubet, primamq3 cohortem ex quinq3 unam, in qua Curiēn et ueteranorū militū robur fuit. cunctis pro locis ordinibusq3 muneris sui pollicentibus operam in mediōs hostes inducit. Concurrente aūt utraq3 acie infensis animis, numero hostis, uirtute superabat Polonus. uariaq3 tunc manuū et animi a Polonis ędebātur facinora, ex quibus plures hostiū cōtingebat aut occū

bere

bere aut uulnerari, raros capi, paucos enim parcendi et mi:
serendi polonorum tangebat cura, singuli ad uincendũ aut
ulciscendum intenti, anceps prelium aliquanto tempore
stetit, in cadentium enim aut sauciatorum numerũ multitu:
dine abundante. Cruciferi uegetas et integras iubebant
succedere acies. Poloni tunc iusta ira stimulante heroica
ędendo opera, obstinauerant animos, uincere aut mori. Vnde
nec referebant pedẽ, sed quodã in disolubili glutinio glomerati,
in eorum quos strauerant locũ gradũ promouebant prasenti:
a quoqꝫ Regis, non animosis tantumõdo. sed et ignauis, cũ:
ctatiõm auferebat. Accedebat solis dieiqꝫ dispulsis nebulis
(que maiori ex parte in autumno suscitari solent) serenitas,
mirificũ et aptum pro cõferendo prelio et alacritate aĩis
pugnantiũ infundẽdo tempus. curã tñ iniecerat, tam Re:
gi quam Militibus, Vincentij de Shamotuli Palatini Po:
snaniẽn dolositas, ne fallaci uersutia sua exercitũ Poloni:
cum, in cladẽ ocultã adduceret, qui patriã comunẽ incẽdi:
is conflagrasset. Ipse tñ Vincentius de Shamotuli Pala:
tinus Posnaniẽn, qui in illã diem in Castris Cruciferorꝫ, obuer:
satus fuit Vladislaũ Polonię Regẽ nõ fefellit. sed in per:
turbatos hostes, cũ gentibus et armigeris suis irruens, fidi:
or Regi & patrię post fugam, quam Magr̃o & Cruciferis

post bẽfitia, plurimũ in hostibus stragẽ fecit, et ad purgan:
dam extenuendãq3 suę proditionis infamiã, multa sue fide:
litatis et strenuitatis decora inspectantis Rege, et uni:
uerso exercitu, demonstrauit, pręliũq3 in aliquot locis re:
missius gestũ, acclamando adhortando, nõ Militis solum
sed Ducis munere fungens, restituit, atq3 notorio euidentiq3
experimento pollicitationis suę constantiã solidauit. Con:
scientia quippe contractę culpæ in prodenda patria obiur:
gatus. Illam quoq3 ut sibi fides et honos apud suos posset
restitui detersurus, ultima audere, mortẽq3 oppetere in a:
nimũ induxerat. Morte honesta turpem actiõm exorna:
turus. Qm̃ quanto fuit crudelius cõmitti, tanto gloriosius
adhibita pietate resecari, Cęsis interea prostratisq3 Prin:
cipalioribus hostiũ aciebus, quas Milites de ordine aut
mercede conducti ducebant, et sub quibus Hermanus El:
burgẽn et Albertus Gdanẽn Comendatores. Cruciferorum
insuper longus ordo ceciderat. dũ ad reliquas copias mi:
nus animi, minusq3 roboris habentes. polonorũ agmen pu:
gnando peruenisset, perculsę suorũ strage, parumper resis:
tunt. Polonis quoq3 ferocius insistentibus cędunt & a:
uersę ut semel dedere terga etiam certiorẽ capesere fu:
gam, plenã Vladislao Rege uictoriã se consecutũ fuisse

antumãte

antumáte. Nouus exercitus, quam magnus comẽdator & Kuſ de plauen ducebant, et qui ad obsidendũ Oppidũ Brẽ: scie diuerterat aduenit. De cuius aduentu Rex certior à speculatoribus factus, Theodoricũ de Aldemburg Marshal; cum Othõm de Bundsdort Comendatorem et Quinqua; ginta alios sex et Cruciferis potiores, in superiori certami; ne captos, iussit obseruari, Militesq3 monuit, ne labori su; cumberent, fortibusq3 aníis pugnarent, eundẽ fructũ sua dimicationis eamq3 fortunam in scdo, iuncta atq3 in primo bello percepturi.

Comendatoris itaq3 magni, et Kus3 de plauen exercitu uenien, praliũ ex integro resumptũ est. Comenda: tore magno Ottone de Bundsdorff quasi certã in sua pote: state tueret uictoriã, suis mãdante, ne quemq3 Polonũ ui; uũ seruarent. Obstinatius aũt utrisq3 pugnantibus. Comẽ: datore magno Othone de Bundsdorff, qui de alijs cẽdem fi: eri iusserat, inprimis, et Hermanno de Elbing & et Alberto de Gdansk Comendatoribus, cũ plurimis alijs cẽso. ho; stibusq3 pro magna quantitate obtritis tumultu turba: tioneq3 repletis, et iã in fugã spectantibus, plenior polo: nis prouenit uictoria, Cruciferis in fugã conuersis. Inde iam nõ pugna sed fugiendũ cẽdes proxima fuit. Polonus

enim suorum quos iniusta cęde hostis extinxerat parętādo funeribus. magis cędi quā captiuitati fugientiū insistebat Rex nullū spatium perculsis et fugientibus dari oportere existimans. Milites cohortatur magna uoce, ut hostes ā tergo circumueniant fugiēn, fortunā illis praclari facinoris oportunitatē dare. ut fortunę bēficio ūsi, fugiēn capere cędereque nō desisterent. Qui et si magno labore fatigati, quantū tn eoꝝ uires ad persequendum, lassę quoꝝ, q3 manus ad cędēdum ualebant, animo ad omnē labore parati, perituri Regis Imperio, quantū Equoꝝ ūires ad currendum, et dextera ad necandū ualebant cędendo, tum animo uegeto, obediēn Regio Imperio, fugientes persequebantur memores siquidem Poloni quanta superioribus et presentibus guerris stupra fęminis intulissent, q3 crudelibus incendijs patriā eoꝝ deformassent, nulla parcendi aut miserandi cura tangebantur, sed deditionē offerēn, passim trucidabant. Ad horā eñi nonā durauit pugna, cū in ortu solis cępisset. adeo ūtriq3 parti ad uincendū pertinacia. Quadraginta et amplius hostium Milia cęsa ea pugna feruntur, pauca capta. sterni eñi et extingui Polonus fugiēn malebat. multūq3 cędis, a iusta ūltra editum. De polonis duodecim tātūmodo nobilitate

insignes

insignes. Inter quos hij pracipui. Tegota de Morauicza uexil-
lifer Cracouien. Cristinus de Ostrow Vexillifer Sandomirien fi-
lius Trandothę Castellani Cracouien et Iacobus de Szwin-
sko Castellanus Zarnouien Quingenti de uulgo comuni de-
siderati. Vt nō mirādum solū sed stupendū sit. tā insignē
triumphum tam paucoꝝ impendio stetisse. Diuini muneris
nullus ambigat, presentē uictoriā benignitate, et Beatis-
simi Stanislai patroni et protomartyris Polonię sufragiis
et meritis prouenisse. Cum et indicata sancto Trāsla-
tionis die mirificis ille triūphis acciderit. et tam pauci
ex Polonis ceciderunt. Castris hostilibus omni genere spo-
liorum refertis. exercitus Polonicus potitus, magnas illic
diuitias opesqꝫ cōperiens, uehementer ditatus est. Capti-
ui ōes insigniores et inter alios Nobiles, Kūszde plauen,
qui se ad portas urbis Crac. exercitū adductur, com-
minabatur. Crac cū signis hostilibus perducti, locū quē
animo metiebatur, in dispari th sorte et fortuna appli-
cuit. Tum primū Cruciferi cū Polonis gerere se bella sen-
tire ceperunt. Superiori enim tempore Cruciferi, adeo
Poloꝝ Militiam agminaqꝫ contempserant. ut nūqꝫ se
roburqꝫ suū a Polonis uinci posse astruebant.

Victoria Crac aliisqꝫ locis Regni Polonię nunciata. lętū

spũm, ex admodum tristi in hoĩbus et pro incendio Regni af-
flictis, et pro futuro euentu pugnæ, ne in discrimen caderet
sollicitis, creauit, postero die ubi primũ illuxit. Rex in cer-
taminis locũ ad colligenda soor corpora, fedãq3 (etiam
hostibus spectandã strage descendit. Vbi dũ suor legit
recognoscitq3 eor cadauera offendit illic unũ de Milti-
bus suis, qui in pugna egregie dimicans, multis cõfossũ spi-
culis habebat corpus, interceſos et mortuos supinato cor-
pore iacere uiuum, utraq3 manu patefacto ex uulnere,
uiscera atq3 intestina propria atrectãte. Florianũ nõie
cognominatũ Shari, quem diligentius intĕritus, et pĩa il-
li miseratione compassus, ad Milites illũ cõmitantes cõ-
uersus. Quã atrox (inquit) est huius nr̃i Militis quã
contemplamur pœna. Tum ille spũ resumpto, atrocior est
respondet, si quis dur uicinũ in una Villa cõsistentem,
qualem ego sũ expertus, tulerit. Tum Rex
(inquit) esto. et si ex præsenti uulnere incolumis eua-
seris, scito te liberalitate mea duri uicini societate ca-
ritur. Sublatus inde et perfectam curatiõm adeptus,
Regia quoq3 largitioẽ infeliciorẽ gradũ euectus, stirpi
suæ quæ tres lãceas defert pro insigi ex ipso rei euentu,
proclamat nouũ gelita, abrogato uetusto Kõsherogi, indi-
dũt

dit. Ossium humanor acerui, etiá in presentẽ diem in Plowcze consistentem, cladis magnitudinem testantur, quę Mathias Vladislauien Epús ędificato illic oratorio contexit. Eá pugnam magnifice glorioseq3 gestá, scriptores polonicalium rerum, annuales, ut fere omnes ceteras abscisо scribendi gẽre mandarũt memorię. Quá nec ego scripsisse extensio, nisi á nonullis, qui dũ gerctur interfuerant ad mea usq3 tempora superstitibus incorruptá illius seriẽ agnouisse. In qua plura quá quadraginta Milia hostiũ desiderta traduntur. Ex Polonis tantumodo quingenti Heroica spectataq3 uirtute Vladislaũ Polonię Regẽ, fulsisse eo bello notatũ est. Maxia enim iuncta ac minima per se et administrabat et adiebat, nec prouidebat aut imparabat nõ, quę in rẽ essent, sed pleraq3 per se perficeret, nec labori et vigilijs indulgens, ad singula belli munera operá nauabat nõ minoris in his quę marte expedienda forent Vir ani, quá consilij. Quo prouenìebat vt Milites munia sua fidentius atq3 alacrius obirent. Omnium quoq3 oculi tunc in eũ conìecti admiratioẽ percelebátur Qui uir abscisę ętatis et decrepite, cui sat erat spectatorem se tantumodo certamis prębuisse, ardua et periculosa adijsset, inuasisetq3 facinora, et audentię fortitudinisq3 singularia opera ędidisset. Quáta aũt in Rege ipso fue-

rit uirtus, quantus in defensionem et vltiõm patrię ardor, hinc cognosci potest. Ad membris frigescentibus, calore pene extincto et corpore gelido et effeto imbecillitatis suę oblitus, periculosã dimicatiõm assumsit. Tanto tñ gloriosior, quanto per maiora obstacula erumpens, hostili sanguine patrię incendia restrinxit, et suis desideratis clade ingẽti parentauit. Ab ortu siquidem solis vsq3 ad vesperã vegeto corpore constitit in acie et quoties impendebat discrimẽ aduersus hostẽ, dextera leuaq3 acię et clipeũ opponebat, fessis et laborantibus sũbueniens, et sanciis integros subducens nũq3 notatus est męstũ & consternatũ, sed sub vnius hilaritatis tenore erectũ semper vultũ habuisse. Quã quidẽ senectute egit graui affectus. Cuius tñ et imbecillitatem naturę, uirtus ani et bellicas superabat difficultates, prona libidine effusurus animã, dummodo vlciscendi cupidine potiretur, neq3 ignauię aut negligentię quitq3 admisit, nihil senectute de prisco uigore flammaq3 militari, notatus remisisse, quamuis neruis ęger corporeq3 difficilis. Non minor aũt erat omniũ Cruciferor, et eorũ pcipue qui exercitũ ductabãt, et eor qui ordines ducebãt. Immo et oim militũ mercede conductor pro cõsequẽda suę parti uictoria pertinax prouidentia atq3 cura. Singuli

enim

enim propugnatores. Qui nõ solũ in primis aciebus, sed etiã qui in secundis ordinibus collocati fuerant. Ne acies eorũ disoluerentur a Polonis, aũt Milites suo loco discederent et resilirẽt a pugna, longis cathenis ad inuicẽ per Baltheos cõiugati atque cõnexi dimicabant. Sed Militũ Poloniẽ furiosus animus, a iusta Ira coortus, assistente illis propiciatione diuina, et Beatissimi pręsidio S. Stanislai facile eorũ õia Machinamenta contriuit et disoluit.

Imens Rex Bohemię rebus Pruthenicis Posnaniã obsidet, qđ audiens Vladislaus illuc currit et Rex Bohemię territus ad Vratislauiã se recepit.

Strage huiusmodi tam rumore quã nũcijs per Prussię Magrũm destinatis ad Ioannẽ Bohemię Regem tunc Vratislauię agentem, perlata Rex ipse de statu ordinis de casu eius primũ sollicitus, tristis et anxius, veritus ne Polonię Rex grauius quitq3 in ordĩm post victoriam consuleret, aut de euertendo ordine et recuperandis.

per ordinē terris occupatis curā operāq3 nouerat, altero bello sibi inferendo, auertendum distinendūq3 illū^a propo: sito statuit. Et proinde celeritate nimia, cū copijs quas undecumq3 contrahere potuit in Poloniam descendens Po: snanien Ciuitatem obsidione cingit. Qua nouitate ad Vladislaum Regem perlata, Prussia in quā vastandā processerat omisa, Versus Posnanien cū Bohemię Rege congressurus exercitum ducit. Sed Rex Bohemię & uictorem exercitū recentiq3 cęde hostili madentem, & suis copijs multo superiorem pertimescens, auertisse quoq3 Prussię vastatiōm quod tantūmodo intendebat cōtentus, de suis quingentis Militibus amissis Bombardis cęterisq3 instrumentis conquirendarū vrbiū relictis. Citato cursu, fugę spēm habente ne pręocuparetur Vratislauiam redi it.

Reges vngariæ & Bohemiæ volentes componere Polōs cū Prutheīs

conueniunt & nolente Rege Polōię dimittere Pomeraniā re infecta discedunt.

Ampliores aũt clades inter Regem Polonię Vladislaum et Cruciferos duo Reges Vngarię Carolus & Ioannes Bohemię prohibituri, in die S. Martini conueniunt et pacificare Regem cũ Cruciferis studijs suis conati sunt. Vm cum de Pomeranię terra Regẽ Polonię nullatenus cessuꝝ constaret, Conãtus Regum fuit irritus. Cruciferi itaqꝫ uocatis ex Almania stipendiarijs, inter quos Principaliores erant, Comes de Bergow et Poppo de Kokerzicz, circa diem S. Elisabeth Cuiauiẽn terrã ingressi, tam igne et spolijs vastãt, et quatuordecim diebus in ea absumptis cũ spolijs Prussiã redeunt.

Boleslaus Dux Masouię et Russię, filius Ducis Troideni Masouię uxoratur et accipit in uxorẽ filiam Gedimini Ducis Lithuanię gentilem et Barbarã, qua fonte et baptismatis et sordibus Idolorꝫ abluta nuptię ex more apud Plocziczkam celebrantur.

Ruteni iterꝫ collecto exercitu Cuiauiẽnes Dobriniẽn terras occupant, captis Castris principalioribus & fortificatis.

Annus Domĩ 1333.

Cladem suam Cruciferi ad Villã Plowcze habitam, in tristi et amaro recensentes spũ, continuo studio meditationeq3 adnitebantur intendebantq3, casũ tã notorium et acerbum, per quem apparebat et famã opinionemq3 potentię eor apud exteras nationes plurimũ celebrẽ exulgatam, diminutam obscuratamq3 esse, et robur neruũq3 eorum militię elanguisse. Missis in Bassã Almaniam et Bohemiam crebris nuncijs hrisq3 nouos Milites in supplementũ eor, qui superiori strage ceciderant cõducunt, ad occupandum quoq3 terrã Cuiauię et expugnandũ in eius munitas urbes. Exercitũ post diem Circumcisionis Domi traducunt. Oppidũq3 Brzescie obsidẽ cingũt. Quod dũ Crucifericus exercitus usq3 ad parasceue sola obsidione contentus fame constrictam sibi dedendũ putaret, iratus spe non respondente. In die Veneris Sctę deuotione tanti temporis, qm etiã agrestis colluuies no preterit, neglecta, impugnat, et illud cum Castro infra dies quinq3 Bombardis fortissimis uexatam dedentibus se Oppidanis conquirit et presidio illic locato Iunislauiam

per

per spontaneã deditiõm capit, illudq3 similr̃ pręsidio forti Militũ locato reliquunt. Ad Castr̃ deinde Ciniewkow, qd̃, tunc à Casimiro Duce Ciniewkouiẽn tenebatur, perueniens, ad eius expugnatiõm intendit, quantitq3 crebris arietibus et proiectionibus Bombardar̃ męnia. Dux aũt Casimirus, uidens se resistentiã facere nõ posse, paciscitur cũ illis, ut saluis rebus fortunisq3 suis et personis, Castro excedat, et illud incendat. Sed hoc pacto permissus excedere, hoste spectãn. Castrum suum quod unicũ pro suo principatu habebat. flammante incendio in naturam Cineris redactum conflagratumq3 est. et Cruciferi tam terram Cuiauię q̃3 Dobr3inẽn occupãn, Castra, Ciuitates, et municipia, in locis principalioribus et sittu naturaq3 munitis, et ex coctis lateribus fabricare, quo terrę prædictę facilius solidiusq3 in Ius proprietatemq3 eor̃ concederent cęperunt. Milites aũt et Nobiles eor̃ terrarum prędictarum de Villis hęreditatibus suis rebus fortunisq3 õibus primum spoliati, eiecti in Cracouiẽn terram cũ vxoribus pignoribusq3 suis se conferẽn. in cõspectũ Vladislai Regis admissi, prouideri sibi non tam pręcibus quã fletibus precabantur. Quorum calamitati Vladislaus R̃ pia miseratiõe compassus, Regales Villas Oppida &

prędia illis consignauit, hanc aũt calamitatẽ Albertus de Kosczielecz Brzestẽn Palatinus magno deuitans animo, unus solus repertus est, qui in Castro Pakoscz se recludens, et egregiè illud tutatus est. et sepe hostibus fusis, deuinci artariqs non potuit in deditiõm. Considerãn aũt Cruciferi Oppidum Brzesczie Olanguidum habuisse et habere situm, illud demoliuntur, et ruinant. Xe Rex Polonię oportunitate quęsita, ipso aliquando potiri possit, et in loco alio apto et idoneo, arcẽ & Ciuitatẽ locat. Murisqz coctilibus ac fossatis profundis cõmuniunt. quæ etiam in hodiernũ diem usqz perseuerat.

Iadislaus iniuriã vindicaturus cũ magno exercitu terrã Culmẽn depopulatur à quo Ma-

gr timens inducias ad festum Trinitatis obtinet promissa occupator restitutione & Iadislaus cũ eod exercitu defectiõm Ducũ Polonię castigat. 50 Castris illis

illis acceptis et Koscsien Vnde rediens Vladislaus quieuit.

Terrę Cuiauien occupatiõm, suorumq3 Militũ et Nobilium de suis sedibus indignã exclusiõm Vladislaus Polonię Rex magna anxietate animi et spũs ut par erat excipiens, uelut cui inter ceteras prouintias Regni sui incunabula et priscę sortis suę recentia uestigia prę̃ferenti, magis peculiari afficiebatur charitate. Ad illius recuperationem oĩm iusu, aĩmo atatẽ repugnantẽ peruincente, intẽdere decreuit. Et contractis et proprijs et auxiliaribus copijs. Cum et Carolus Rex Vngarię gener suus, qualitate necessitatis soceri pensata, aliquot milia Militũ pro illa expeditione illi pro suffragio prę̃stitisset circa festum Assumptionis Sanctę Marię, exercitũ in hostiles terras, personalr habens secum filiũ Ducem Casimir, in utrile robur tendentem, pro Comite et quo ad obeunda belli munera, quasi quodã instrumento pro exercitio illius et militię fauore utebatur, per terras Masouię descendit. Hostes aũt cũ pugnandi facultatem superiori clade adhuc pauidi nõ facerent, spolijs et incendijs terrã Chelmẽ vastat, et omnes uicos Villasq3 eius incendit. Quibus Lutherus Magister excitatus copias educit decernere ipẽ

ferox animo æstuans. Ab aliquibus Comendatoribus & stipendarijs correptus, qd ad effusiōm chr̄iani sanguinis tam pręceps esset, non intelligens martem utrisq3 esse cō: munem, et Regem Milite et armis præstātiorem fore, ne uero in terras cęteras promoueretur incendium. Caducea: tores ā Magr̄o et ordine mittuntur, qui pacē persuadent, pacem petunt, pollicendo Magr̄um sub æquis conditioni: bus, et pacē accepturum, et ea quę bello occupauerat red: diturum. Hac oblatione seductus Rex magis quā mo: tus, bellū treuga ad festū Benedictę Trinitatis alterius anni duratura suspendens, ad maiorem Poloniā armatus cum uniuersis copijs remeabat. Polonię Ducibus, qui ab eo ad Ioannē Bohemię Regem defecerant in eo qd restabat æstatis autumniq3 tempore, ne in cassū t̄m militię robur comparasse uideretur, bellum illaturus, qui terras sui Regni furtiuis et clandestinis inuasionibus lacessebāt. Quinquaginta aūt et amplius ducū ipsor̄ munitionibus fortalicijsq3 expugnatis et incensis. Principatus insup̄ ipsor̄ et terras, igne et spolijs consumens exterminans, et adurens, ad Castr̄ et Oppidū Kosczian, qd pro Re: ge Bohemię tenebātur, loci natura qui paludibus et stagnis ubiq3 septus est confisi, obsidiōm suam irriderent.

filius

filius Regius Casimirus, tam proprios quã externos Milites cohortatus, in impugnandũ Casty iniussu patris processit. Quo uiso uniuersus exercitus, mira celeritate accurens, nõ prius oppugnandi finem fecit, donec conscensis mẽnibus, et defensoribus superatis, Castrum obstinatis ad moriendũ animis in suã potestatem mirabili uirtute redegit. Nec Oppidũ capto expugnatoq3 Castro moram fecit, sed extemplo per Ciues, in Regis Polonię subiectiõm cuius ditionis se et locũ esse meminerãt, procliues deditum est. In coy aũt qui expugnationi Castri intẽdendo cesi uel affecti uulneribus fuerant uicem, Casimirus Dux neminem ex his qui Casty defenderant hostibus ulta vescruãdũ permisit. iussu etenim suo singuli ut desideratis patentarctur mucrone percussi sunt. His taliter gestis Casimirus Dux ore omnium ac sermone summans in eũ laudes depromentiũ celebris habebatur. Creditus in uirum egregium, tã domi quã foris euasurus. Ab eo aũt tempore, Casty et Oppidũ Koscian Regno Polonię, Beneficio et brachio Vladislai Regis, et filij sui Casimiri redditum in eius fide et ditione perseuerat. Hoc tanq3 fatali et ultimo Imperatorio militarq3 Vladislaus Rex edito opere: exercitũ in Regnũ sanũ et incolumem reducens, copias disoluit: ipse, cũ Hunga-

rorum et Cracouiẽ Militum equitatu, et cũ filio Casimiro Duce, Cracouiam remeauit. cui redeunti oĩm Eccliarum processiones et oĩm ordinũ atq3 statũ homines, ultro obuiã egressi, illius felicem regressum deuotione et fauore honestarunt, singulis tñ militibus auxiliarijs pfertim, pro eor merito expeditis. Cum et grandeuus senio ætateq3 Vladislaus Rex. et bellicis fatigis sudoribusq3 fractus esset debilitari atq3 languescere cepit, et in grabbatum decidit, omnemq3 rerũ publicarũ administratiõm a se extunc abdicauit.

Siccitas maxima et æstus Solis in Polõia

Ingens adeo solis ardor æstusq3 in Poloniæ regionibus eo Anno prouenerat. Vt ante festũ Beati Ioannis Baptistæ, fruges debitã maturitatẽ nactæ, ad quẽlibet vsum aptæ forent. et vndis desicatis alueos suos flumina desererent, et tam feruida ignitaq3 siccitas apud hoĩnes ueteranos sine exemplo accidens, prodigi monstriq3 haberetur loco.

Vincentius

Vincentius de Shamotuli Posnanien interfi-
tur pœnas proditionis luens

In festo Natalis beati Ioannis Baptistæ Vincentius de Pomorzany. Palatinus Posnanien, cuius proditionis facinora in superioribus declarauimus, dú iuxta fidem a Rege sibi prastitam in ea patria, quę suo ductu suisqȝ Consilijs perierat, et flagrauerat, Regio etiá tutus edicto ne uiolaretur, neue desideraretur eoꝝ, quę in patriam admiserat, vix quitqȝ aũt paꝝ pensi habens consisteret: eoꝝ qui vastationis suę et incendij augebantur incõmodis conspiratioẽ, telis confossus et obtritus, teterrime proditionis, per quã templis delubrisqȝ, facultatibus atqȝ tectis, et numinũ celestiũ et Ciuiũ socerumqȝ sceleratas faces et expilationes acerbas intulit, pœnas dedit, incertũ morte sua relinquens, prodita ne an adiuta patria magis insigne facinus admiserit. Sera quidẽ sed dignissiã

morte mulctatus. qui ultã et decus à patria acceptam, ad illius perniciem calamitatemq3 conuerterat. Qui templis et aditibus superum horridas faces iniecerat, qui in tecta innocua et in facultates frũm et contributũ suor incendiis et rapinis sęuierat. Qui ordinibus uniuersis scelera tas et acerbissimas intulerat explicatiões. Qui deniq3 omnia diuina atq3 humã ad explendũ truculentũ cupiditates sue genus inquinauerat. Qui prodendę et exterminandę patrię ratiõm et societatem cum hoste cõiunxerat. Cuius facinus inauditũ hominũ memoria, atrox, nefarium perniciosum, facinus abhorrens ab õi natura et ciuilitate, ex pessimo opere pessimũ sortitus finem, dignũ moribus factisq3 suis exitũ vitę inuenisse arbitratus.

Vladislaus Lokteko mendato subditis filio Casimiro cũ gloria

sumã Cracouię moritur & sepellitur

Annus

Annus Domini 1333.

Languore Vladislai Polonię Regis sensim et dietim gliscente, cum naturalis uigor suffragio suo illum desereret, Calendis tñ et temporibus Mensis Martij Qui senibus mestior infestiorq3 esse consueuit proximá tibus ualitudo aduersa mortẽ iminentẽ, infallibili argumento, denuncians, magis pospecta. Quá cũ et Rex ipẽ in breui affore deficientibus uiribus agnouisset. Fren Helia, ordinis prædicatorꝝ, uiro religioso, et tã uitę conuersatione quam doctrinę lumine conspicuo accersito, in humiliato et contrito corde, plenã suorꝝ facit scelerum confessiõm. Singulari aũt auctoritate Apostolica in mortis articulo Regi prębita, absoluta, diuinissimũ eucharistię uiaticum, et olei sacri unctiõm circumstantibus illum Prælatis Baronibusq3 suis, excessũ quoq3 suum, fletibus et suspirijs prosequentibus percepit. Quem his quę ad animę salutem pertinebant salubriter perfunctũ. Spic3imirus Castellanus, et Iaroslaus de Skotniki Archidiaconus Cracouiẽ, quibus in admonẽdo se plenã Rex potestatẽ permiserat, propius adeuntes uerba faciunt. Quá prona

(inquiunt) et deuota Militū ac subditor tuor erga te uo-
luntas affectioq3 fuerit, et testantur testabunturq3 opera,
et tu ipse plane nosti. Nec abre multisarijs enim probita-
tis benignitatisq3 tuę fauoribus ut te tam fideli pectore
locupletes iuxta ac pauperes, senes et iuuenes colerent,
pro tuor comodis ac periculis fortunas corporaq3 negli-
gendo illos merueras, Relictor in eos filium tum Illustre
Casimirum Ducem, illorum pietati deuotioniq3 comenda. ex-
hortareq3 eos, Vt quem superstitem dimittis, Regem si-
bi dominūq3 constituant, fidemq3 et deuotiom, quibus te
prosequi soliti sunt in eā uertant. Rex et si morbo ęgri-
tudineq3 implicitus animam ęgre traheret: hanc in ad-
monitiom salubrem et necessariam esse ratus, rauca uoce,
ad Prelatos, Barones, uniuersumq3 populū, ut cūq3 pote-
rat, est concionatus. Expertam (inquit) Proceres &
Comilitones mei erga me uram habens fidem, nulla am-
biguitate, secessurus è uita distineor, sed uoluptate si-
gulari credulitateq3 afficior illam nos filio meo charissio,
aque ac mihi prestituros. Quem no solū ea charitate be-
niuolentia, quę a me uobis seruata est, in uos usur scio.
Sed etiā ampliora uobis patrieq3 decora adiecturum,
meis enim moribus, meis disciplinis institutus, nemo illū

ambigat

ambigat me in operibus nō expreſsuꝝ. Cuius iam in uos et patriam, plēra extant plena fauoris, plena officij, me-rita. Illum itaq3 in spem huius qđ hactenus lacertis pe-riculisq3 meis defensani protexique Regni, genitū uob comendatum facio Vōsq3 quorum in me recentia sunt me-rita, deprecor et ob-tēstor, ut presentem hunc filiū meū Ca-simirum, in solium Regnumq3 meū surrogetis, et urām fi-dem subiectiom, et beneuolentiā erga eū, quem macte uirtu-tis esse (nisi me fallat affectio) auguror, augeatis Te quoq3 Casimire fili adhortor, ut gentē Polonicam cuius te Regē presidemq3 relinquo, pietatis studio et iusticię legibus gubernes et pro illius cōmodis uigilles, lucubres et inten-das, et hoc precipuū in animū inducas, ut hereditates ter-ramq3 Polonię Regni per Cruciferos occupatas, et signā-ter Pomeranię terram recenter mi et dolose subreptam re-stituas, nec ullo pacto ullaq3 necessitate aducaris, ut de illa cedas, aut gloriā aternam siqne iubeo egeris aut de-decus sempiternum si neglexeris, habiturus. Tam filio q3 Milite que monuerat et imparauerat, se custoditur, de-uouente. Rex ipse inter precationes solēnes, inter cō-iugis sue Hedwigis Regine, femina Illustris et deuote, cuius curam iam filio Rex mandauerat, et inter Prelatos Baro-

numq3 manus uti Catholico religioso Principi conueniens erat, reddito Chro spu, secunda die Martij, que tunc in die Dominicu Reminiscere cadebat. In Castro Cracouien obdormiuit. Inter uirtutes pracipuas, que etia in priuatis admirabiles sunt, humilitate, clementia, et pacientia spectandus. Faciles aditus ad se prebens, nec gestu, neq3 sermoe cuiq3 superbus aut grauis extitit. Talem se erga noxios iniuriatoresq3 suos gerens, ut damnati eum intelligerent. Quapropter remunerator omnium Deus corpori suo exanimi gratiam contulit, ut quamuis pluribus iaceret cadauer in sepultum diebus, non olebat tn. sed cu magna omnium admiratione gratulationeq3 decorem speciemq3 quasi uiuentis et spirantis hominis preferebat, frequentiori aut. Regis morte uulgata, nobilium Militumq3 numero Cracouiam aduentate, primu in Eccljs Ciuitatis Cracouien Conuentualibus, Parrochialibus, deinde in Cathedrali maiori Cracouien, solemnes iuxta Magnificentiam cultuq3 Regalem, aguntur exequie, et iusta debitaq3 lege omnis honestas funeri tanti Principis, et ta clari Regis persoluta. Cuius nedu memorie Sed et Cineribus plurimu deberi Polonia certissimu extat. Qui pro illius salute et defensione crebros agones et certamina subire no desist.

Sed

Sed nec unq3 bellor impressionibus, cęterisq3 iniurijs aut damnis per Cruciferos illatis, sed nec oblationibus multifarijs frangi induciq3 potuit. Vt iuri patrimonij sui terræ Pomeranię inius renunciaret. Qui tunc in extremis laborās, quanto dolore terrę Pomeranię iniustā abstractiōm pertulerit, qui moriturus etiā filio suo Casimiro, ne unq3 super eius dimissiōe ingeniū et mores suos imitatus, Cū Cruciferis licitaret interdixit. Sepultū est corpus suū in Ecclia maiori Cracouiēn e regiōe alteris sumi in parte leua, albaq3 petra per sculpturas et testitudim ordinatā. Ān Sancti Vladislai Bo altare, quod ipse uiuens erexerat et dotauerat. Ibi enim ut cōnari sic et tumulari Reges Polonos mos est, nec aliū æque insignē Regū Bust apud Polonos locū reperiri fas esset. Regnauit annis xxii Mense vno, diebus sedecim, superiori tempore Regimis suę, qd ante coronatiōm effluxerat, dū Dux priuatus esset nō cōputato, uir manu et animo ferox nō ex habitu corporis, quem illi angustiorē natura donauerat. Sed ex heroica aniā in succincto quidē sed vegeto corpore habitante, æstimandus uir ab adolescentiā sua, ad decrepitā vsq3 ætatē animo robustus et manu, Quem si ex habitu corporis estimare quis uoluisset, ne Milite quidē spetie di-

gnum iudicasset. Verum corpus exiguū (ob cuius dimi-
nutiōm et statura breuiore cognomentū Loktek quasi
cubitalis sortitus, anima nobilitabat heroica, trūcatā
habitudinē, angustioribus uiribus compensās.

Casimirus Filius Vla-
dislai eligitur et Coro-
natur in Regē cui Ia-
sko de Melstin datur
gubernator et Mr Heduigis in antiqz Sandecz
secedens uitā duxit Monachalem.

De nouo Rege. In Vladislai Polonię Regis nuper
morte absumpti locū, surrogando Prelati et Barones no-
bilesqz Polonię, presertim propter impendens a Cruciſe-
ris bellū solliciti. Conuentū oim terrar. apud Crac. a-
gunt, futuri Regis electiōm celebraturi. Ad quos in re
huiuscemodi occupatos Nuncij Caroli Hungarię Re-
gis perueniunt, facta dicendi potestate, ad Consiliū intro-
missi

missi orant, precantur et suadent, ut Duce Casimiro filiũ Regium, in patris soliũ quacũq3 cũctatioe et mora omissa, substituat nemiñ aliũ Principe extare, qui ad id magis idoneus aptusq3 esset, et ad quem successionis iure Regnũ pertineret preserti cũ et morituri prĩs uoce precq3, Rex testamento designatus sit, et ea indole habeat, cui Principatus sit imago successioq3 paterna nõ monerent, deberet ultro inferri. Quoq3 gratior esset precatior, oferunt Carolum Regem Vngarie, affini suo Duci Casimiro, in necessitatis articulo, queq3 possibilia suffragia gentibus, equis et armis latur. Quamuis aũt suapte omniũ Polonor aũi in Ducis Casimiri Coronatiõm esset Proni feruidi et proclini. Res tñ in consilium deliberationem q3 refertur. Vbi dũ oĩm uota rogata scrutataq3 esset, nõ aliũ se quã Casimiro Duce. Qui in hanc spe genitus sit, tam Primores quã cetera nobilitas iuxta preces paternas unanimi, nõ tam uoto quã uociferatioe Regem declarant. Quo facto, festũ Sancti Marci Euãgeliste. Ad in diem solis cadebat, pro sua et cõsortis sue Anne Gedimini Lituanor Ducis filie, Coronatioe, constituitur. Sed a Seniore Regina Heduigi relicta Vladislai Regis & Casimiri Ducis genitrice, questio suborta, plerasq3 dificul-

tates de coronáda Anna cósorte Casimiri iniecerat. Ne-
gabat enim se superstite, in prçiudiciú Iuris alteri fœmi-
ne legittimę dyadema posse imponi. Tandé filij prçfati
Ducis Casimiri, quem plus quá genitricis diligebat amore,
precibus expugnata, nó solum cósorté suá æquiori animo
coronandú fore permittit, Sed satis se fœlicem filiú in Tro-
no et dyademate Regio uisura ratá in cenobiú San-
ctimonialium in antiqua Sandecz excedit et illic habi-
tú Sanctimonialiú induens, Regulam etiam S. Frácisci
professia religiose uiuens, Reliquú ætatis, Ieiunijs e
orationibus intenta expleuit. Illucescente aút Beati
Marci die, Casimirus Dux in Aula per Pontifices indu-
mentis Regalibus indutus, Et ad Eccliam Crac. per-
ductus, per Ianislaú Gnesnén Archiepúm, assistén sibi
Ioanne Cracouién, Ioanne Posnanién, Mathia Vladi-
slauién, Stephano Lubucén Epis. Et Principú Baronum
ac Nobiliú Polonię copiosa frequentia, multitudine,
et fauore, in Regem Polonię. Consors uero sua Anna in Re-
ginam Polonię cú ingenti celebritate, solenitate et glá
Uncti et Coronati sunt, et dies ille ceteriqz subsequętes
in magna óim leticia et hilaritate in coredis hastilu-
dijs, et solatijs deducti, et qm Casimirus Polonię Rex no-
uus.

uus; nodū ad annos maturę et digeste ętatis peruenerat. Iasko de Melstin Castellanus Cracouiēn, uir frugi industri; us et in rempub: magni et experti Zeli in Gubernatorē illi adiunctus est. Ex cuius sententia & ordinatioē, admini; stratio totius Regni salubriter dirigebatur. Cuius ąs prouidentia magnę opes breui cōgestę et ęrariū locuple; tatum

Cum Annis quindecim Florianus de Koscziellecz Epi; scopus Plocēn persedisset, moritur. Cui clemens Ppreposi; tus Plocēn xxv die Mensis Iūlij Canonicus electus suc; cedit. Mortuus aūt Pręfatus Florianus Episcopus in Polthowsko, uigesima prima Junij, et in Plocēn Ecclia in die beati Ioannis Baptistę sepultus. Fuit aūt Clemens ipse Nobilis gēre Polonus, de dō et familia Pirzchala, Quę Marshalcū Skakalem defert pro insigni, alś Rochum. Cuius electio a Ianislao Archiepi Gnesnēn, obtento à Ca; simiro Polonię Rege licet ęgre, (aliquem eūi de suis Aulicis pręfici in Epūm Plocēn astuabat) apud Gnes; nam fuit confirmata, et Pontificalis cōsecratio etiā fu; it ei illic impensa.

Asimirus Rex indu;

cias cũ Pruthenis pro-
rogat et in Regem Bo-
hemię ac Vngarię cõpromittit regnũq3 à prędõi-
bus liberat

Annus Dñi 1.3.3.4.

Suscepto adeptoq3 Regni Polonię regimine Ca-
simirus Rex, duo sibi pręcipua in primitijs, quibus
Regnũ suũ augeri firmariq3 posset duxit prouidẽda.
Primum ut Regnũ suũ superiori guerra et incendio ꝑ
Cruciferos afflictum vexatũq3 et ad grãdem exinani-
tiõm perductum, pace reddita respiret. Alterũ ut furũ
prędonũq3 quorum patris sin Vladislai Regis dissi-
mulatio frequentiam gigni sinerat exterminio Regnũ
purgaret stratasq3 & publicas et priuatas, et quęq3
itinera tuta pręstaret. Et primũ quidẽ efficere cona-
tus, bellum cũ Cruciferis de Prussia gerendũ, Cũ cę-
terę oẽs partes essent quietę continuatiõe firmatio-
neq3

neq3 Treugę ad festum Sancti Ioannis Baptistę subsequentis suspendit. Et quo cęrtior pax et terray quas Cruciferi occupabant restitutio prouenire possit duob⁹ arbitris. Quorū vnū per Carolū Vngarię Regē Casimirus Polonię Rex pro sua, et Ioannē Bohemię Regem alterum. Quem Magr et ordo Cruciferoy pro sua partibus eligunt. Omnem quęstionis et diferentiarū molē decidendam comittunt, ac in eos plena uoluntate cōpromittunt. Ea tn conditione cōpromittunt apposita, ut Treugis pendentibus. Castry et Oppidū Brzesten, in manu Ducis Semouiti Masouię, uel eo refutante in Mathię Vladislauich Epi potestate, consisteret. Casu quo pax p Reges arbitros si qui non posset. Magro et ordini reddēdū. Nondum enim Casimirus Rex Polonię tantū se uiry habere arbitrabatur, ut cū Cruciferis Ioannis Bohemię Regis assistentia, et suis uiribus pollentibus, posset in apertā guerrā dimicatiōmq3 Regno suo adhuc cineres fauillas et carbones spirante, prodire. Altey uero qm ex auctoritate sua dependebat, mox prestitit, et multos mortalium tam ex nobilibus qua ex Baronibus cōmuniq3 populo, nullā cōditiōm reueritus, furtis, rapinis, & spolijs, superiori more imbutos, studēn, patibulo, partitione, rotatione, suffocatione, cęcatione, mutilatione, exilio,

gladio aut extinxit aut mulctauit. Paucis qui scelere huiusmodi minus se inquinauerant, importuno Irelatoy et Baronũ suffragio uenia tributa. Ex quo nimiꝝ subsequutum est, ut sentina prędonũ sublata, proprij et aduene frequẽtiã in urbibus ex sollitudine efficeret. & breui respub. coalesceret. Rex quoqꝫ Casimirus spectatę prudentię specimen in se ostendens. cũctis esset admirationi & terrori.

Grandis in Regno Polonię in festo S. Adalberti descendit

In die Sancti Adalberti, ingenti mole uix. cũ gelu in Regno Polonię descendens, cum quinqꝫ diebus durasset, pauoremqꝫ grandẽ, ne per illã fruges de pasci absũmiqꝫ contingeret, in astimatione hominũ presertim agrestiũ produxisset, tandẽ quinta die elisolõta, prestitit huo et frugibus suo imbre et roratione insolitã fecũdita tem, qualem nec stercorisatio contullisset.

Subripitur Ato Ioañes

Vigesimus

vigesimus secúdus

Papa succedit Bédictus xii.

Ioannes Papa xii Cum Annos decem & octo Menses quatuor apud Auinionem sedisset die solis quarta Decembris in Auinione moritur et in maiori Auinién Ecclia sepelitur. Et cessauit Episcopatus diebus xvi. post cuius mortem Cardinales conclaui ingressi Iacobum de Tholossa fratrem ordinis Cistrecién. Magrum Theologię, Tituli S. Triscę presbitcr Cardinalem. Vigesima Decembris concorditer in Papá eligunt. Qui Benedictus xii appellatus. In crapulá aliquátulú procliuus. rigorosus et uix cóságuineos cognoscens, quibus et dicebat, Papá cósanguineos cognoscens nó habere. Ab infantia ad morté bone uitę. Qui et ordinem Cistrecién reformauit, seruidus fidei Zelator césuras prędecessoris sui Ioánis iúnans Ludouicú Romanor Regé, et Bauarię ducé Anathematisatú et interdictum denúciauit. Moriebatur aút Prędictus Ioánes Romanus Pontifex Anno etatis sueno nagesimo, relinquens in Thesauris suis ingenté numerum auri atqz árgenti, Cuius recta cóputatio fuit aureay dragmay viginti quiqz milia. hoc est Miles quinqz uigiti

milia quod scripsisse arduu et pe incredibile uidetur sed nec legitur alijs vnqua teporibus Ecclia Roma fuisse locupletior.

Compromissi in Reges vngarie et Bohemię die adueniente Casimirus ad Wiszegrad vngarie, vbi uterqꝫ Rex conuenerat vadit, ubi per Sententia adiudicatur terre Dobrzinen et Cuiauien Regimiro & Polonia Cruciferis.

Annus Dñi 1.3.3.5.

Pro Cuerra et diferentia occasione terrar Regni Polonię per ordine Cruciferorũ occupatar, per Hũgarię Carolum, et Bohemię Ioanne, Reges potestates arbitrari; a decidenda, tepus appetebat. Conuenerantqꝫ interse Reges, ut pro die S. Elisabeth in Vngaria in Castro Viszegrad coirent, illicqꝫ de iuribus partiũ cognoscerent, et pronunciatiõm

ciatiõm arbitraria ferrent. Rex itaq3 Polonie Casimirus,
de causa sua solicitus, quauis conditio in Treuga expressa,
de tradendo Castro et Oppido Brzescie in manus tercij, ui-
delicet Ducis Masouie Semouiti, aũt Mathie Vladisla-
uien Epi, sibi per Cruciferos nusq3 fuerit seruata ad in-
formandam illam personalr aduentãte, causa sue iniurie
et quo ordine, ex qua ue causa, primũ terra Pomeranie,
deinde Cuiauie & Dobrzinen occupate, et à Regno Polo-
nie per Magrum et ordiñ Cruciferor, nõ sine clade et in-
teritu multor mortaliũ, et reliquar terrar Regni Polõie
desolatione abstracte sint, et suo et aduocatarũ organo
clarissime deducit. Et articulos instructionesq3 in scri-
ptũ redactas, presentibus Regibus ordinat. Nec Magr
et ordo satisfacen compactatis negligunt. Missis enim
Henrico Prutheno prouinciali Culmen Markuardo de
Spareruberth Thorunen, et Cũrado de Brunczistei Sueczen
Comendatoribus, qui in comitiua Regis Bohemie adũere
datis inscriptis articulis, cam et ipsi sua pluribus colorib⁹
figmenta potius qua existentia redolentibus, iustificare
ius tenereq3 cotendunt. Re aũt et cõtrouersia huiusmo-
di in Regũ deliberatiõm, et eor cõsiliarior, quos sibi u-
terq3 Rex ad cõsultãdũ asciuerat adducta: apparuit
Joanne Bohemie Regẽ, aduocati magis qua arbitri offo

fungi. et calliditate eloquẽtiaq3 qua pollebat, parte Crucife-
rorum de terra Pomeranię in Thorun, cuius erat arbiter, quo-
quoq3 expensis adductus largitionibusq3 & muneribus
inescatus presumebatur, enixe defendi, eo etiã presertim
respectũ motũ ne donatio, vel potius diuenditio, per eum
uelut Regẽ Polonię Magro et ordi Cruciferor de terra
Pomeranię in Thorun facta, cuius ipse se constituerat eui-
ctorem, et pro qua notabilẽ in argento, auro et pecunia su-
mã dinoscebatur accepisse, rescideret in irritũ. Vnde &
Carolũ Vngarię Regẽ, suosq3 consiliariòs facile perliciat,
ut in ea prorsus, quę in Bohemia cũ Cruciferis digesse-
rat, punctaueratq3, secũ sentiant. Quiauiẽ quoq3 &
Dobrzinẽ terris Regi Polonię Casimiro adiudicatis,
terrã Pomeranię, quę pluribus gradibus illis Ducatibus
opulentior feratiorq3 est, iuris et proprietatis Magni &
ordinis esse decernat. Casimirus aũt Polonie Rex, et si
patrimonio hereditateq3 sua terrã Pomeranię, arbitrame-
to huiusmodi spoliatum se iri animo mesto amaroq3 du-
ceret, depressis tm uiribus suis, et si, bellũ recrãdescere
contingeret, amplius deprimẽdis. Cũ etiã aliũde hostium
satis superesset, et ipse animo bellũ Russię inferẽdũ ge-
staret, primo preuaricato imperio in conditiones huius-
modi et terrę Pomeranię abrogatiõm cupidine restituendã
sibi

sibi Cuiauien̄ & Dobrzinen̄ terrā et persuasione pręceqꝫ solli:
cita, utriusqꝫ Regis pellectus consentit Castro nihilominus
Nieschow quamuis de sorte Cuiauien̄ terrę esset, circa Magi:
strū & ordinem, et utriusqꝫ rippe fluminis Vislę facultas, &
nauigii emolimētū apud eos cōsisteret, remanēte. Vicesima
itaqꝫ die Mensis Nouembris, Casimiro Rege Polonię pro se,
et prędictis Henrico prouinciali Culmen̄ & Thorunen̄ Sue:
cenqꝫ comendatoribus, pro Magr̄o et ordine, pręsentibus in
Castro Vissegraden̄ profertur sūūia superioribus vt mōstra:
ui qualificata cōditionibus, cuius ineuidentiā futurorum
tenor talis extat,

In nomine domini AMEN. Nos Carolus et
Ioannes Dei gr̄a Vngarię et Bohemię Reges perpetuę me:
morię tenore pręsentiū notū facimus quibus expedit vni:
uersis ꝛc. Cum Magnificus Princeps Casimirus eadē gr̄a
Rex Poloniæ ex vna, et religiosi uiri Magr̄i generales p̄:
ceptores, et fr̄es vniuersi ordinis Cruciferor̄, de dō Theu:
tonica parte ab altera, super terris, prouincijs seū distri:
ctibus, Culmen̄ Dobrzinen̄ Cuiauię Pomeranię & Thorunen̄,
super quibus à multis retroactis temporibus, adhuc inter
excelsum Principem Dominū Vladislaū, quōdā eiusdem
Polonię Regē, et tandē ipse fęliciter migrante ad dn̄m
Inter ipm̄ dominum Casimir̄ Regem et dictos Cruciferos, ma:

teria dissensionis et quęstionis suborta dinoscebatur, in nos Reges Hungarię et Bohemię, tanq3 cōmuniter arbitratores, et amicabiles compositores, per eosdē ia dudum et nunc, mediantibus legittimis instrumentis et literis cō promissarijs efficacibus electis, amici fore inuicē cupiēn, se sponte et liberaliter comisissent, et pure cōpromisissent. Nosq3 inter cętera, huius rei causa, circa festū oīū Sanctor, Anno Domi 1 3.3.5 in alto Castro Visegrod in Vngaria simul in unū cōuenissemus, tractaturi de prędmissis et prędicto Domino Casimiro Rege personali presentia, et pro memoratis, Magro generali pręceptoribus, et universitate frūm Crucifer, dictę domus Theutonicę, fre Henrico Rutheno Prouinciali eiusdē ordinis de terra Culmēn, et Marquardo de Spanebarg Thorunēn, Cunrado de Brunijescheim Suecēn, dicti ordinis Cōmēdatoribus, et cō fratribus, cū plenis legittimis et ad infrascripta cū plē sufficientibūs procuratorijs literis cōparentibus. Assūptis nobiscū Prelatis et Baronibus nostris, quos cōmuniter uoluimus, quibusdā diebus cōtinuatis utriusq3 partis. Jura etiam infrascripta, quę etiā dinoscebantur, diligenti et fideli per scrutatiōe examinassemus. Tandem fauente Domino, aciem nostrar mentium æquo libramine dirigēn, talr arbitrandū duximus, et pronūciādo diffinimus

inter

inter partes Qui Dominus Casimirus Rex Polonie terras
Cuiauie et Dobrzinen, cū proūcijs et districtibus ac quibusuis
utilitatibus et pertinentijs uniuersis, ab antiquo ad easde
spectan, iuxta limites & metas sui antiquas cū plenitu-
dine Juris et titulo pleni dominij, prout ad progenitores &
predecessores suos, et perco sequens ad ipsū iusto et vero
hereditario titulo, ab olim pertinuisse et pariter pertinere
cognouimus, et specialr in eade terra Cuiauien. cū portioe
Ducis Casimiri, que ipm cotingat cū pertinetijs in eadem
debeat possidere, tenere pacifice, quiete, perpetuo, et ha-
bere in filios suos et successos heredes, saluo qd omnia
bona et possessiones, qua et quas in terris Cuiauie Dob-
rzinenqs, de Jure ante motā Guerram pacifice et quiete
Cruciferi possiderunt, ita et nūc prout anea eas et ea,
cū oibus Juribus et Jurisdicionibus et pertinetijs qui-
buslibet possideant, habeant & teant, sub ueris metis
et terminis antiquitus obseruatis. Magr vero geralis,
et frēs Cruciferi, Domus Theutonice prenominati. Ter-
rā Pomeranie cū suo districtu, iuxta antiquos limites
suos, cū pertinentijs similr et utilitatibus vniuersis,
Quam eisde fribus, et idē Dominus Casimirus Rex
Polonie causa diuine retributionis. et ob remediū anima-
& predecessorū suorum et progenitorū ac sue salutis,
in perpetuam Elemosinā, necnon propter perpetue pacis

bonũ, corã nobis, renũciando oĩm Iuri, actioni, et impetitioni, et repetitioni, quod uel quę eidẽ Regi Polonię Dño, in eadẽ terra Pomeranię ab antiquo cõpetebat uel competere posset, Etiã ipse promisit, iuxta ipsã nostrã arbitrariã pronũciatiõm uel difinitiõm eodẽ Iure et modo, quo terrę Culmẽn et Thorunẽn eisdẽ fratribus, per progenitores & prędecessores suos fuerant legatę et donatę eandẽ legatiõm et donatiõm eo Iure, modo, quo fuerat, tunc facta, ratam habendo, quiete et pacifice et perpetuę tenere debeant, habere et pariter possidere, ordinauimus: ad ultimũ difinien arbitrando, qd oĩa damna, Iniurię, et quecũqꝫ molestię quocunqꝫ modo hincinde illatę uel Regi Polonię et eius subditis, siue Cruciferis uel eoꝝ subditis, cõpescantur et tollerantur in totum de cętero inter ipsos super eisdem, nulla petitio et quęstio oriatur. Ne aũt quicũqꝫ feudales uel Regis Polonię, seu fratrũ Crucifer. Qui guerris pedentibus inter ipsos, bonis suis facti sunt profugi, siue de Cuiauia siue Dobrzinẽn uel de Culmẽn Pomeranieqꝫ à nostra deffinitione uideantur exclusi ordinauimus et deffinimus. Quod omnes huiusmodi profugi bonis suis oĩbus et gratijs dominorũ suorũ sint pręsentibus reformati, sic qd uel ad bona sua libere reuertantur si uelint, aut eisdẽ libere uenditis se trãsferant quo placebit. In quorũ oĩm testimoniũ atqꝫ robur, sigilla nra

pręsentibus

presentibus sunt appensa. Actũ et Datũ in Vissegrad in Vngaria Prntibus Reuerẽn in Chro pribus et Magnificis et Nobilibus uiris infrascriptis, uidelicet Chanadino Strigoniẽn, loci eiusdẽ Comite perpetuo et fre Ladislao Colocẽn, et Aulę Regis eiusdem Regni Vngarię Cancellario, Eccliarum Archiepis Villerino Drugẽn Palatino Regni Vngarię, Demetrio Magro Thauernicor, Thoma Woiewoda Transyluano, Comite de Zannẽn Mybethano totiꝰ Slauonię Comite Paulo Iudice Curię Regis Vngarię. Necnõ Vithgone Misnẽn, et Ioanne Olomũcẽn Ecclesiar Epis, Rudolpho Duce Saxonię, Carolo Marchione Morauię, Boleslao Slesię et Domino Legnicẽn, Timone Coldich Henrico de Lippa, et quampluribus alijs fidedignis ad pręmissa rogatis specialr et uocatis Anno Domini 1.3.3.5. Dominica Proxima post festũ S. Elisabeth. Qui pace cõposita datis interse Magnificis donis et fędere perpetuę pacis icto, ad propria disgrediuntur.

Posnaniẽn Epũs Ioãnes Doliua moritur succedit Ioanẽs Lodzia

Decima Septima Marcij Joannes Doliwa Posnanien Epús, uir ingenuus, de Domo Doliuitar et religione ac deuotione conspicuus moritur, et in Posnanien Eccliatumulatur. Sedit annis in Eccliа Posnanien circiter quindecim, solatiosus et hilaris hinc per Electiom Canonicam Joanne uocatú Lodzia Nobilem de armis nauem deferetiú, ex quo & cognomen sortitus erat, Posnan Capitulú Casimiro Rege ut patrono consentiente, surrogat, & elegati dispositione corporis, et singulari scientię munere prestatem.

Vigesima octaua Mensis Marcij Anastasia, Semouiti Ducis Lancicien, quondá Dobrzinen, fris germani Vladislai Regis Polonię relicta Lancicię defuncta est, sorte quá tebat, ad Casimir Regem Polonię recidente.

In Brega Monasterium Frũm ordinis minorũ fundatur.

Tredecima Julij Boleslaus Dux Polonię & Dominus Bregensis, in Oppido suo Ducali Brega, fundat Monasteriu

nasterium frũm ordinis minor, qđ Kaukerus Epus Vrat in Anno subsequenti xxix Junij auctoritate Ioannis Papę uicesimi secundi, confirmat.

Locustę in Regno Polonię ea multitudiẽ in terra desiderant ut Equorum ungulas superarent.

Pertulit eo Anno Polonię regnũ acerbũ et rari exẽpli dispendiũ, locustarũ enĩ ingens multitudo per turmas & exercitus diuisa, in Poloniã frumẽtis et segetibus in spicas luxuriantibus in eo numero frequentia et spissitudine, ut solis radios adumbrarent aduenit: tãtaq3 altitudine super terrę faciem prostrata est, ut Equorũ ungulas excederent. Quę tã frumẽta quã herbas et singula germina, in locis ad quę illam descendere contingit, morsu suo assiduo erasit & cõsũpsit. Locustas uero ualidissimus uentus xxix Septembris accidens et multas domus atq3 arbores euertens, secutus est. Qui etiam longo tempore perdurãs, pluribus mortales affecit molestijs. Validaq3 tẽpestas, & uenti horribi;

Eles fere uniuersũ Regnũ Poloniẹ cõcutiebãt et uexabãt Luthero de Brunsnik Magro Prussiẹ mortuo Theodoricus de Alemburg Marshalcus, Saxo genere, Iam tũc a Polonica captiuitate solutus in Magistrũ succedit.

Magister Prussiæ negat restitutiõm terrarũ iuxta cõcordiã nisi Baronum lr̃is eadẽ fuerit cõfirmata.

Annus Dñi 1336.

Sententia arbitraria in Vissegrad ab Vngariẹ et Bohemiẹ Rege confecta et pronũciata, utraqꝫ parte emologante, approbante, et acceptante Nuncijsq̃ꝫ et procuratoribus Magr̃i et ordinis restitutiõm terrarum Cuiauiẹ et Dobrzinẽn iuxta arbitramenti ordinatiõm crebris sermonibus pollicentibus, per Reges ex Vissegrado discessum est. Casimirus aũt Poloniẹ R. detinente autẽ genero Cardo Vngariẹ Rege, et Elizabeth sorore germã Vngariẹ Regina, illic usqꝫ ad festa Chr̃i permansit, et

Natalis

Natalis diem domini Budę celebrauit. Quo exacto genero ualedicens in Polonia rediit, ac deinde per nucios et lras Theodoricu de Aldemburg Magrum Prussię et ordim monet et requirit, quatinus iuxta Vngarię et Bohemię Regum decretum et sententiam, de terris Cuiauię Dobrzinen excedant, et illaru sibi possessiom resignent Magr aut & ordo solita calliditate et uafricie usi, quamuis suu in fauorem pronuciatu fuisse prospicerent, ueriti tn, ne sententia Regu aliquado posset in dubiu reuocari, presertim Prelatis et Baronibus nobilibus. Ciuibus. et Comunitate Regni Polonię expresse no cosentientibus in eius emologatiom, sine quor consensu omnis alienatio Regni censetur irritata et inanis, respondent, se quide sententię et decisioni arbitrati parituros, dumodo Rex cu Prelatis Principibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuibusq3 Regni Polonię, per patentes literas terris Pomeranię, Chelmen et Michalouien, corporali etiam prestito iuramento renuncient et decisiom Regu huiusmodi, literis se seruatur obliget. Literis enim huiusmodi no exhibitis nihil se Magr et ordo respondet de priori tenore mutaturum, nec terras Cuiauię et Dobrzinen gladio & potentia quesitas. Castra quoq3 pluribus sumptibus cocto latere in eis erecta restituturum. Regis

enim Casimiri et suas uires mensi, supremũ fortunę orbem se tunc cõprehendisse et illius ludũ apud se consistere rati; animaduertẽ insuper. Regẽ Casimiri insuper ad pacem plurimum cupidũ feruidũ, et Anhelũ, ota quęqs dura et dificilia regi, sibi uero utilia et accõmoda, & uiolẽ tam possessiõm terrar occupatarũ firmantia, interponebant: rati (ut tandẽ euet:) Casimirũ Regẽ singula de eorũ uoto & sententia impletur.

Duces Lithuaniæ Masouiam populãtur

Sedecima Calẽ. Nouemb. Olgerth. Cristhinth, Coributh. Patrikię, Lubardus. Szuriuil, Buthano Lithuanor Duces, filij Gedimini, et Patricius filius Dauid Ruthenus cũ Lithuanor et Ruthenor cohortibus. per fraudẽ et clandestinũ Principatus Masouię ingressi. Quamuis cũ Masouię Ducibus et affinitates iunxerunt, & pacẽ perpetuã firmauerũt, illos hostilr prędantur; runt et deuastant, et plusqs mille ducentas Catholicor animas, & peccoris, prędã in Lithuaniã abducunt.

Monasteriũ Sanctimonialiũ Ratiboriæ fundatur et dotatur tam per Ducem Przemislaũ Ratiboriẽ quam per Offkam Ducissã Masouiæ.

Przemislaus Ratiboriẽ et Oppauiẽ Dux Deuotione speciali auctus, fundat Monasterium Sanctimonialiũ, ordinis prędicatorũ, in Ecclia Sancti Spiritus in Ratibor, et dat illis pro dote uillas Ducales. Molendinas et alios introitus liberans oẽs donatioẽs suas priuilegijs insignibus et diuinam ultiõm cõn turbatores inuocans. Processu aũt temporis Offka Ducissa Masouię coeunt, pro eodẽ Monasterio Oppidũ Bauorow, cum septem uillis. Quos et quas Nicolaus Dux Ratiboriẽ, filius Janusij. uiolenter occupans, dãnabiliter sibi appropiauit. In cuius uitiũ filij sui Vencesla⁹ us & Janussius succedentes, bona prędata nõ secus quã hereditaria, Apostolicis cẽsuris, quę extẽdebãtur in illos contemptis, inter se diuiserunt.

Boleslaus Legnicen Dux heluo bonor su or filios etiã pro vadio

dare nõ est ueritus mortua tandẽ cõsorte sup ducta altera condiciõm suã releuat.

Sumptibus et donationibus diffusis Boleslaus Bregẽn & Legnicẽn Dux quos sui ferre nõ quiuerant Principatus, se in dies suãqꝫ substantiam incõsulte et prodige deuorans et cõsumens, cũ Legnicsam caput et Principaliorẽ sui dominij partem, Item Hainoniam Item aureũ montẽ, in notabilibus pecuniar summis, ad plura marcar milia, se extẽdentibus, creditoribus obligasset. Filios insuper duos, Venceslaũ et Ludouicũ, ex Margaretha filia Venceslai Bohemię Regis susceptis, terrenis et hęreditarijs bonis non extantibus, pro obstagio in Vrat Mercatoribus, pro magna debitor quãtitate dare, nõ sine nomĩs sui dedecore est cõpulsus, tãta deniqꝫ actus est egestate ut õibus fere cõsumptis aut obligatis quonam terrar diuerteret, aut quibus sumptibus decętero se aleret, nõ haberet, et ipse diebus luctus. Mo

Moritur interea consors sua Margareta, et ipse diebus luctus explet aliam de Crac superducit, doteqs per illa allatam Bregam et Olauiam et pignore quo tenebantur absoluit, domicilia sua in Brega constituit. Filijs vero Venceslao et Ludouico terram Legnicen, sed uariay pecuniarum sumis, et ere alieno grauata, cessione perpetua reliquit, ut sibi sueqs conditioni quantu scirent prouiderent. Qui suffragio a Militaribus et agrestibus petito et obtento Legnicen terra a creditoribus liberant et exoluunt, nonnullis creditoribus conditiom eoy miserantibus sumay pecuniaru remittentibus portionem

Cruteni Castra in Lithuania pullen oppugnant et conquirunt.

Numeroso exercitu ex Almanie et Austrie oris, ad ferendu Magro et ordini Cruciferoy con Barbaros subsidium, in Trussia aduenient, inter quos Margrabius Brandeburgen, Comes de Kamen et Comes de Hemuberg numerabantur Principales. In Lituanoy terras itum est, et Castra Pullen pluribus diebus oppugnatu

in quod Lituani ex quatuor distritibus se, suasq3 coniuges, pignora, liberos, fortunas, atq3 peccus, qđ locus tá arte q3 natura munitus erat, cóferendo quatuor milium hominum numerum expleuerant. Et quáuis Lituani in Castro prę: dicto conclusi, probe, saxis superne feriendo impugnato: res, restitisent, In pluribus tñ locis Castro ex arietatio: ne Bombardarum diruto et patefacto, uidén Castr, ab hostibus capiendum, pirra in medio Castri extructa, óes fortunas suas et substantias, ne hostis illis potire: tur incendunt. Coniugibus quoq3 et paruulis trucida:, tis, iugulú prefecto Castri óes prębent ne uiui in hostiú manus uenirent, Interim a Christianis Castrú conquisi: tum est, et irruentibus in illud Militibus, pauci superst: tes ex tanto numero Lituanor reperti, aut necantur a: ut captiuantur. Castro aúi prefato funditus incéso & demollito, regione in circuitu vastata Prussiam Catho: licus exercitus redijt.

Casimirus celebrato cõuentu gẽrali super Lẽis dandis ordini p. Consiliarios

Consiliarios dñ nollẽt Poloni pacẽ eam susci-

pere mittit Epum Crac. ad Pontẽm pro suffragio con Cruciferos.

Annus Dñi 1337.

Nullum profectũ Casimirus Polonie Rex ex arbitrali duorum Regũ pronũciatione et sententia, sibi et rebus su-is uidens accesisse, quinimo Magistrũ et ordim in maiorem Pompa animos indurasse: Generale terrarũ Regni sui agit Conuentũ deliberaturus, an ad ea quę Magr et ordo Cruci-ferorum, super terra Pomeranię Chelmen, et Michalouien, re-nunciatione, et titulo, et Juramento, prestando concededisqs literis ad premissa à Rege expetit, annuendũ, uel quid o-pus facto foret. In deliberatiõm aũt re producta, oim Prela-toy et Baronũ uota sententięqs, euidentissimis rationibus respectibusqs concludebant, nullatenus Cruciferoy petiti-õm decisiõm Regũ excedenti, ne in posteꝝ ad debiti et co-actionis necessitatem possit referri, et Juris Regno Polo-nię in terris predictis Pomeranię Chelmen, et Michaloui-en competenti, abdicato causari assentiendum. Ad ex-

trema uentum fore et peiora ominari, si sub tam iniquis acer-
bisq3 conditionibus nō per electos arbitros Reges, qđ id q3
graue esset, sed per hostes victor̄ speciem pręferen qđ non
graue solum sed turpissimū tolleratu eſset, dictatis, pax
debeat nō cōfici sed appendi. Seruitutē itaq3 oēs clamā-
nō pace, belli futuri Seminariū et animōrum in guerra et odiū
irritatiōm, non quietē, negantq3 se ullo pacto in cōditiōes
ipsas cōsenssuros. sed dū de gerendo bello, quod pace infe-
cta impendebat, ad cōsultandū uentū eſset, placuit bellū
nō inferri, sed si inferretur repelli, et Sedi Apostolicę quę-
stūiri, eiusq3 suffragiū implorari. Ad hanc rem cū Lega-
tus tantō oneri aptus quereretur. Ioannes Cirothonis de
Slupcza Cracouien Epūs, propter plures respectus electus
est, qđ et uir pręstantis eſset ingenij et pro gubernandis re-
bus publicis magnę experientię et prudētię, et singularis
valloris. In annos eodem sufficienter de mentis causę in-
structus, in Auinionm ad Benedictū Papā duodecimū pro-
fectus est, et iniurias Regni Polonię et pertinatiā Magi-
stri Ordinis, censurarūq3 et Ecclīasticar̄ uilipendiū
et contemptū, Sumo Pontifici et Collegio Cardinaliū expo-
siturus. Onus aūt iterq3 illud propterea minus cūctāter
suscepit, quoniā sperabat se per personalē pręsentiam
Metropoliticū hōrem Ecclię suę Crac. predeceſsor̄ suor̄

Cracouien

Cracouien Cporum dissimulatione et negligentia adeptũ, facilius reddi posse, presertim cũ ad id Casimir Polonie Regem compertum haberet, suaq3 opera suosq3 fauores impensurum.

Ioannes Bohemie Rex Castr Epi Vratislauien occupat noĩne Mielic3 Quẽ monitũ pro restitutioe nec curante. Epus Naukerus cũ Consiliarijs interdicit personalr et tande oes de Vrat. educit presbiteros. que oia Papa confirmat.

Polonorum Principibus qui Slesiana ora incolunt, Ioannes de Lucemburg Bohemie Rex, partim donis, partim blanditijs et promissis, subactis, Vratislauia super Ciuitate et Ducatu, nonullisq3 Oppidis et munitionibus, que ad Slesie Duces deuolutionis et successionis Iure peruentura erant, neq3 iusto neq3 legittimo Iure occupatis, ad spoliandũ quoq3 Vrat. Eccliam, qua

Slesię Principes dotare et ornare insueuerant, animũ inte-
dit, et Castrum Mielicz iubet sibi per Epũm Vratislauien Nau-
kerum et Capitulũ presentari. Quo uelut viro magnanimo
Regis iussa irridente aspernanteq3. Bohemię Rex Joã-
nes, exercitu ualido quẽ & Ciues consulesq3 Vrat' sua pre-
sentia coauxerant, congesto, Casty Mielicz, qđ tũc Hen-
ricus de Virbna Archidiaconus et Canonicus Vrat', te-
bat et possidebat expugnare cępit. Expugnatiõm aũt il-
lius et longã et dificilem propter Castri fortitudinẽ. Flu-
uius enim Barics ab ói parte Castrũ cingens, difficultatẽ
adjcit loco) Rex Bohemię Joannes ratus doctus a Scio-
lis, Henricũ de Virbna Archidiaconũ & Canonicũ Vrat.
ad petitiones uiuor auidũ & procliuũ fore, mittit nonnul-
los Slesianos Milites, illi familiares, qui & Henricũ Ar-
chidiaconũ lagenas uiuis varios, sapores habentibus.
Quas in frequenti numero secũ ferebant inebrient, et tam ter-
roribus quam blandicijs ad resignatiõm Castri inclinent.
Quibus imperata exequentibus vir simplex et pauidus
Henricus Archidiaconus, et minis peruictus et mero, Ca-
strum Mielicz, nulla illum necessitate aut defectũ strin-
gente, resignat, et de illo cũ familiaribus excedit. Cuius
oppugnatiõm Naukerus moleste ferens primũ per lras
& nuntios apud Joannem Regẽ egit. Vt Casty Ecclesię
ablatum.

ablatum restitueret. Quo abnuente, Diocesim omnem Vra-
tislauiẽ Ecclesiastico supponit interdicto. At ubi Joánes
Rex Vratislauiam aduenisset, plures super Castri Mie-
licẽ restitutiõe interponebantur tractatus, quos dũ ui-
deret Naukerus Epũs ad irritũ recidẽ, Prẽlatis Cano-
nicisqꝫ suis mandat, ut secũ vna ad Regẽ trãseant,
personalr illum (si Castrũ nõ reddiderit) excomunicatu-
ri. sed fere õibus illum tyrãni timore deferentibus, vere-
tibusqꝫ ne in se grauius quidquã cõsuleret, cũ quatuor
tantummodo quor Deus perseuerẽtię uigore formauerat
corda, ucẽt Apecẽkone Scholastico. Qui post in Lube-
cẽn Epũm fuerat promotus. Othone de Donin Cunczone
de Shalkow, et Petro de Bithow, Canonicis Vrat. ad Mo-
nasterium minor S. Jacobi, Regem in stubella parua,
refectorio proxima se cõtinẽtem, intrepide accessit, et fo-
res stubelle sonore pulsare cepit. Cui cũ à Rege res-
ponderetur nõ posse alijs occupatũ illi audientiã prẽsta-
re, in pulsan perseuerat, donec a Principibus Slesię Con-
siliarijs et Consulibus Vratislauiẽ, qui initus vna erant
persuasũ esset Regi ut intromitteretur. Gestans itaqꝫ in
collo stolã, et in pectore Crucẽ, habitaculũ Regiũ ingressus,
ait. Moneo te Domine Rex primo, itẽ Secũdo, itẽ tertio,
et peremptorie, Vt Castr Mielicz a te uiolenter occupatũ

mihi et Ecclię meę reddas, negante Rege restitutionẽ, et asserente se illud iuste acquisiuisse iusteq3 possidere. Tum Kaukerus Epũs Cruce in manũ cũ ligno dominico accepta. auctoritate (inquit) Omnipotentis Dei, te velut Ecclesiasticor bonorum inuasorem excomunico, excomunicatũq3 denũcio, In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Stupentibus Principib. Slesię Consiliarijsq3 Regis, et nec quitq3 mussitare audentibus. Ioannes Rex in furorem versus. Qm procax (inquit) et quã temerarius est Pop id est Sacerdos. et qm temere aspirat mori. Querit quis trucidet eum, ut martiris cõsequatur aureolam prouocat me verbis, at ego a suo sanguine cõtinebo me. Aliũ tyrannũ & persecutorẽ si esse Martir cupit, querat necesse est. Egredientẽ a cõspectũ Regis Epũm Kaukerum Consules Vratislauien circũstant arguuntq3 qd Regẽ in facie modestioribus uijs neglectis, excomunicauerit. Quibus Epũs (inquit) satagite Regẽ verum inducẽ, vt quę illicite Ecclię meę abstulit restituat. Cũ et uos ipsi oppugnationm ipsã vra presentia et armis adiuuistis. Iuis se eã potestatẽ habere diffidentibus subintulit. Epũs, et ego vos Consiliarios et adiutores suos, eadẽ auctoritate Dei Omipotẽtis qua & Regem verum excomunico et excomunicato decerno. Sed

neq3

neqꝫ Rex ur̃ glorietur se fore Regem, cum magis Regu-
lus quam Rex putandus et existimandus est. His uer-
bis fortius duriusqꝫ quã censurarũ denũciatione, per-
strepentibus Principibus Slesię et Consiliarijs Bohemi-
cis et Vratislauien̄, iniuriãqꝫ in maius extollentibus.
Motus Rex mittit nũcios ad Epũm Naukerum, ut e-
disserat, quo respectu quaũe ex causa Bohemię Re-
gem putet Regulũ, nõ Regem appellandũ. Quibus
Epũs notoriam (inquit) et quę inficiari nequit estimo
et confirmo me ueritatẽ prouulgasse. Indignũ siquidẽ
est, ut is Rex et nõ potius regulus putari debeat, qui
proprio in Regno suo carens Metropolitano, in Corona-
tionem sui, prece et precio aliar̃ nationũ Archiepos cõ-
ducit. Cum oẽs Catholici Reges sed et uicini nobis Polo-
nię, Vngarię, Datię Archiepos habeant. Vester uero Rex
in omni suo Regno Metropolitano priuatus hõre, aut
Maonutinen̄ aut Colonien̄ Archiepum, ad Coronandũ se, qđ
et de eo ipso experti sumus precario cõducit. Suggilla-
tio aũt huiusmodi tunc obiecta, Joanne Bohemię Rege
adeo monit et irritauit. Vt ex Pragen̄ Ecclia et Maonu-
tinen̄ Ecclię Suffraganea, Metropolitanã creari, pro ab-
olenda huiusmodi nota, temporis processu procurauerit.
Epũs deinde Naukerus cum nil pacati nihil equi a

Rege obtentū se iri cerneret, post triduū ex Vratislauia discedens, in Nissam cum oī clero regulari et seculari, quē Rex quia appellationi a se factę nō adherebat, eiciendū mandauit, secessit, et oēs Eccl̄ias obserari Epūs iussit. Rege tandē mandante et Vratislauiēn Quibus Ecclesię S. Marię Magdalenę, S. Elisabeth, et S. Spūs, hostijs per violentiā patefactis, officiari per presbiteros vagos et discolos cępte sunt. Quas dū comunis populus fastidiret, ingredi cōpellebatur à lictoribus, et recusantibus uestes detractę. Maioribus itaqȝ cēsuris Naulcerus et Regē Joannē, Consiliariosqȝ suos et Ciues Vrat. feriendos ratus, mandauit eos uelut excōmunicatos et cōtemptores Censurarū, artius a singulis euitari, mandans illis subtrahi et negari oīa Eccl̄iāstica Sacramenta, et eoȝ participes pro excomunicatis censeri, postquę, in uehementiorem furorē Rex uersus. omnia bona temporalia tā Epi quām Monasteriorum et quarūcūqȝ Eccl̄iarū occupat, et Slesię Ducibus mādat occupare. Sed oībus alijs iussiōm detestantibus, Boleslaus Bregēn Dux, egestati et inopie suę succurrens, exequitur imparata, et oēs Eccl̄iarū villas, Oppidas, Decimas, census et introitus, in Ducatu suo Bregēn inuadit et diripit, pro quo tam ipse excomuni-

catiōe

catione graui innodatus, et terra sua Eccliastico sup:
posita fuit (quod longo tempore pertulit) interdicto,
denunciante aut Naukero Epo Vrat. per lras et nun:
cios sedi Apostolicę, illatas sibi et uniuerso Clero suo
per Ioannē Bohemię Regē oppressiones, spoliationes
et grauamina. Summus Pontifex xij Benedictus in
Auinione tunc agens, Naukerum Epum comendans,
et bono ac costanti animo esse iubens snūas singulas
per ipsum in Ioannē Bohemię Regē et Vrat. Ciues latas,
confirmat et aggrauat Regemqz et Ciues Vrat. Ana:
thematisat. Quamuis aut prefatus Ioannes Bohe:
mię Rex frequenter apud Papam pro absolutione in:
stiterit, non prius tn summus Pontifex se illi absolu:
tiom impensur respondit donec et de Castro Mielicz
cederet, et omniūqz Ecclijs et Clero Vrat. abstulerat,
plenā faceret restitutiom. Sed Rege in proposito per:
seuerante, annis aliquot Clerus et Ecclia Vrat. spolia
et direptionum Eccliasticorū introituū pertulit, et Io:
annes Bohemię Rex cū Ciuibus Vratislauien Anathe:
matisantur.

Lithuani Masouiæ par:
tes vastant insecuti tādē à Masouit oibus spolijs
exuuntur

In festo S. Heduigis Lithuani terrā Masouię furtiuis itineribus ingressi, Polthowsk et Cziechonow Oppida eorūqꝫ uicina peruastant, et plures de utroqꝫ sexu mortales captos, in terras suas abducūt. Quos Masouię Milites insecuti, prędā raptā et captiuos ab eis excutiunt. Certamē aūt detractan, solito more in fuge presidio salutē ponūt. Sed fluuiū Narew superaturi, dum alter alterū pręcessurus se impediunt, ab undis plures ex eis, hij presertim qui sarcinas nō abiecerāt suffocantur.

Benedictus Papa xii auditis querelis Poloniæ mittit duos nūcios Poloniā qui examinatis damnis Polonor Magrum et ordim excomunicent. Qui Varsouię iudicān pronūciarunt se competentes iudices parte Magri appellante.

Annus Dñi 1.3.3.8.

Audita

Audita Summus Pontifex Benedictus duodecimus,
Regis Casimiri et totius Regni Polonię querela, per Ioannē
Grothonis Cracouiēn Epūm prudenter matureq3 proposita,
uix creditū pręstare potuit Magr̄m et ordīm Cruciferorum
in tam seuam Chr̄iani nom̄is effusione et Catholicor̄ terra:
rum occupatiōm, quę corā eo deducta est. Magr̄m et ordi:
nem Cruciferorū ad contraria hor̄ quę egerant institutū
perpetrasse. Nisi Ioannes Cracouiēn Epūs pro uerificati:
one propositorum euidentibus documentis Papę et Cardi:
nalium ambiguitatē, dicendo singula quę proposuerat
et ampliora, per crudelitatē Magr̄i et ordinis euenisse di:
soluisset. Tunc quidē Sum̄us Pontifex ueritate comperta,
altiori cura maioriq3 miseratiōe de scelere ordinis inda:
gando et Regni Polonię calamitati prouidendū, q̄m cōce:
perat, in animū induxit. Missisq3 duobus specialibus in
Poloniam Apostolicę Sedis nūcijs, uc̄3t Gahardo de Car:
ceribus Titulēn Pręposito Colocēn Dioc. et Petro Geruasij
Canonico Auiciēn per literas et Com̄issiōes Apostolicas
largas pręrogatiuas et cōdiciones iurisditiōm potesta:
temq3 eorum plurimū perpetuān et firmān, iniunxit et mā:
dauit. quatinus Magr̄m et ordīm, et illis ōes adherēn
uel pręstantes auxilium, consiliū uel fauorē, tanq3 male:
ficos et incendarios, autoritate Apostolica in singulis

terris Regno Polonię subiectis, et alijs vicinis Regnis, nũci-
arent nũciarię mandarent, pro tam enormibus sceleribus
corã Sede Apostolica deductis et uerificatis excomunica-
tos. Et nihilominus Sumaria informatione de occupatione
terrarũ Regni et damnorum illatione et inde secutorũ
recepta, cõpellerent Magrm et ordim Cruciferorũ, ad o-
mnium terrarũ occupatarum, et damnorũ illatorũ plenã
et effectualem, per excomunicatiõis et suspensionis in per-
sonas, et interdicti in terras et Ecclias Comitates et uni-
uersitates sñias, promulgatiõm, restitutiõm, et si in his
contumaces apparerent et rebelles, aut personalr aut per
edictũ, illos ad presentiã sedis Apostolicę citare cura-
rent, rigidiore correctiõm et mulctã pro rebellione et con-
temptu subituros. Prefati aũt Ciolhardus et Petrus Apo-
stolici nuncij in Poloniam venieñ et executiõm literarum
Apostolicarum Juris ordine in oĩbus seruato procedunt.
Tribunaliqs, quominus eor processus possit a Magro et or-
dine Cruciferorũ carpi, et iurisditio inculpari. In Varsha-
uia tuto loco et Cruciferis propinquo posito Theodoricũ
de Aldemburg tunc Magrm Prussię, et ordim Crucifer
ad quartã diem Februarij, per certi tenoris literas, in
Vladislauieñ Ecclia Cathedrali et in Jani Vladislauieñ
per Nicolaũ Prępositũ Sanctę Crucis, Opolieñ, Vratislauieñ
Dioc.

Dioc. per edictũ citare procurarũt. Dũ aũt pręfata dies 4. uc3t Februarij aduenisset, Magr Bertholdus Alberti de Ratibor, Sindicus Casimiri Regis Polonię, petitiõm in scripto iudicibus obtulit. Pro parte uero Magri & ordinis Cruciferorum, Magr Iacobus Plebanus de Arnoldi Villa, Culmen Dioc. comparens Iudicibus Apostolicis pro tribunali sedentibus, appellatiõm ab eorũ Iurisditione interposuit. Eaq3 relicta discessit. Iudices aũt Apostolici, intelligen ex causis diffugii et declamatorijs, frustratorijs, et comentatis appellatiõm interpositũ esse. In pręsentia Ianislai Archiepi Cinesnen, et Ioannis Posnanien Epi, aliarũq3 personarum grauiũ iudices, se, datis procuratori ordinis, Apostolicis refutatorijs pronũciarũt cõpeten, et deinceps in prędicto Oppido Varshauien positionibus et articulis pro parte Casimiri Polonię Regis oblatis recept et notabilium ac insignium testium inductioni et examinationi, pro eorum articulorũ verificatione, per vnũ fere Annum cum dimidio intendebant.

Iudices Aplici ferunt sniiam in fauorem Re-

gis Poloniæ condemnãdo Magr̃m et ordim̃ in terris & sum̃is pecuniarijs.

Annus Dñi 1.3.3.9.

Essentialibus terminis in causa inter Casimirũ Poloniẹ Regem ab vna, et Theodoricũ de Aldemburg Magistrũ et ordim̃ Prussiẹ partibus ab altera occasione terrarum Regni Poloniẹ per Magr̃m et ordim̃ Cruciferorum occupatarum uertente, per Cõmissarios et Ap̃licos Judices, Galhardũ et Petrũ in loco Oppidi Varshauia cũ õim maturitate et diligentia ritte et legittime cõseruatis. Cõmissarij et Judices prẹdicti causam sufficienter fũdatã et instructam, aduenisse tempus maturũ rati, cõcluserunt in causa, et ad ferendum difinitiuam sententiam xv Mẽsis Septemb. diem Varshouiẹ partibus assignauerunt. Ad quam rem solidius cõficiendũ. Casimirus Poloniẹ Rex Janislaũ Gnesnẽn Archiepũm, Joannẽ Posnaniẽn, Clementem Plocẽn, et Stephanũ Lubucẽn Epõs cẹterosqꝫ prẹcipuos Ecclesiastici et secularis status viros curauit, pro illo

tẽpore

tempore personalr destinare. Quaquidē die xv Septemb. aduenientę Iudices et Cōmissarij Apostolici prefati, ad pronunciandū Sententiam, Magro et ordine Cruciferorū per prius legittime adhunc actū specialr Citatis processerunt, & in Ecclia Parrochiali S. Ioannis Baptistę Varshouię, sententiam suam in scriptis protulerunt: adiudicādo Casimiro Regi et Regno Polonię, Pomeranię Culmēn, Michauiēn, Cuiauię et Dobrzinēn terras, tanquā veras dicti Casimiri Regis et Regni Polonię hęreditates, et rōne damnorum perceptorum, ad Centū nonaginta quatuor Milia et quingentas marcas, Polonici ponderis et monetę, et ad Mille Sexingentas marcas, ratiōe impēsarū, Magrm et Cruciferos condemnādo prout hęc oīa in copia sententię, quę talis est latius continentur.

Sententia lata contra Magrum Prussix.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Nouerint vniuersi Qd nos Galhardus de Carcerib. Præpositus Titulēn Colocēn Dioc. & Petrus Geruasij Ca-

nonicus Aucien Eccliarũ Aplicę Sedis nũcij et executores, et Judices in causa quę uertitur inter Magnificũ Principẽ Dominum Casimirũ Dei gra Regẽ Polonię Illustrẽ ex v: na parte, et venerabiles et religiosos viros, Magrm et fra: tres ordinis Beatę Marię Theutonicorũ in partibus Prus: się, parte ex altera, ab eadẽ Sede Aplica specialr depu: tati. Pridem Aplicas literas veras et integras ab oi su: spicione caren, Bula plũbea Sanctissimi patris et domi nostri Domi Benedicti diuina prouidentia Papę duode: cimi, in filio canapi more Romanę Curię Bullatas, ut prima facie apparebant, cũ ea qua decuit reuerẽtia acce: pimus, de verbo ad verbũ tenore qui sequitur cotinen.

BENEDICTVS Epus Seruus Seruorũ Dei dilectis filijs Magro Galhardo de Carceribus Pręposito Titulen Colocen Dioc. et Petro Geruasij Canonico Auicien Eccliar Apostolicę Sedis nũcijs Salutem et Apostolicã benedictiõm. Querela graue pro parte charissimi in chro filij nri Casimiri Regis Polonię Jllustris, in Consistorio co: ram nobis et fratribus nris proposita audiuimus, coti: nen. Qd olim Magr et fres domus Beatę Marię Theutoni: corũ, qui tunc erat in Prussię partibus comoran, nonullas terras et dominia infra Regnũ suũ Polonie cosisten, vcst Culmen et Pomeranię dudũ, necno a paucis citra tẽporibs

Magr

Magr qui tunc erat et frēs dictę domus, Vladislauiē Brze:
stē Dobrzinē et Michalouiē terras, ad Regē et progeni:
tores eius de Jure spectāt infra Regnū ipm cōsistentem nō
sine magna strage chriſidelium, et concrematiōe Centū Ec:
cliārum vel citra hostilr inuaserūt, et per violentiā occu:
pauerunt, et adhuc de facto detinēt occupatas in anima:
rū ipsor perniciem, ipsius Regis, ad quē ratione dicti Re:
gi sui dictę terrę vt prēmittitur spectare noscuntur. Sicut
etiam per Sententiam latā supra dicta terra Pomeranię per
certos Judices delegatos, per ſelicis recordatiōis Joannē
Papam xxii prędeceſsorem nostrū, dū adhuc ageret in hu:
manis, ad instantiam clare memorię Vladislāi Regis
Polonię tunc viuentis, genitoris Casimiri Regis prędicti,
deputatos, ab olim dicitur liquide aparere, ac dicti Re:
gni, qd est Romanę Ecclię Censuale, qdqs post Deū nullū
prēter ipsā Eccliam recognoscit superiorē in terris, necnō
et eius de Romanę Ecclię, quę propterea censu qui dena:
rius Beati Petri dicitur, eidem Eccliæ in ipso Regno debi:
to multipliciter extitit defraudata, in graue prēiudici:
um atqs damnū. Supplicato igr nobis pro parte dicti Re:
gis, vt prouidere super hijs de opportuno remedio cura:
remus. Nos apud Sedem Aplicam informari volentes,

an Magr et frēs prędicti super prędmissis infamia laborarent, dilecto filio nostro Petro Tituli S. Praxedis presbitero et bo: ne memorie Ioanni Sancti Theodori Diacono, tunc viuenti Cardinalibus Comisimus oraculo uiue uoc, ut super hoc apd Sedem ipsam plenius informarent nobisq3 referrent, qua per informatiom huiusmodi infamia informatione recepta, dictoq3 Ioanne postmodū sicut domino placuit de hac lu: ce subtracto. Ipsoq3 Petro Cardinalibus se de speciali mā: dato nro de Romana Curia pro certis arduis negocijs ab: sentante, demū Venerabilis fr nr Ioannes Epus Portu: nen. de speciali mandato per nos viue vocis oraculo si: bi facto, de informatioe huiusmodi per dictos Cardinales, vt prefertur recepta, cuius acta sibi fecimus assignari, fecit in Cosistorio corā nobis ac dictis fratribus nris, relatiom plenariā et fidelē. Et quia per relatiom huiusmodi nobis co: stat. Qd Magr et frēs prędicti super prędmissis noscūtur infamia laborare. Nos nolen nec valen illa si uera sint, salua coscientia coniuentibus oculis pertrāsire, con inua: sores, occupatores, incendarios, sacrilegos, et malefacto: res huiusmodi, prout prędictorū excessuū enormitates ex: poscunt. Ne ipsor impunitates, alijs in exm trāseant, debite procedamus, discretioni vre de dictorū fratrum

nostror

nostrorum consilio per Aplica scripta committimus et ma-
damus quatinus uos uel alter vrm. per uos uel aliū seu
alios, Incendarios Eccliarū prędictarum, cuiuscūqs sta-
tus ordinis et conditiōis existant, auctoritate nra in
Ecclijs et locis alijs vbi expedire videbitis gerāt excco-
municatos publice nūcietis, et faciatis per alios nūciare.
Quorum absolutiōm Sedi Apostolicę duximus specialr
reseruandam. Ac deinde de prędictis inuasionibus, oc-
cupationibus et incendijs sine damnis simpliciter et de
plano sine strepitū et figura Judicij, vocatis qui fuerant
uocandi, informari curetis. Et si uobis constiterit legit-
time de inuasionibus, occupationibus, damnis et incen-
darijs supradictis, et personis quę talia perpetrarunt,
eosdem incendarios nominatim excomunicatos publice nū-
cietis diebus dominicis et festiuis, et per alios in locis vbi
expedire uideritis nūciare faciatis et ab oībus arctiuse-
uitari. Et tam eos quā alios inuasores, occupatores, nec-
nō damnorū huiusmodi illatores, et ad reedificatiōm Ec-
cliarum, uel occasione ipsorū ut premittitur destructarū
et satisfactiōm edemēdatiōm aliorū bonorū mobiliū nec-
nō ad restitutiōm plenariā dictarū terrarū cū fructibus
inde perceptis, et rerū mobiliū exinde ablatar, seu āmis-

sarum uel solutiõm, extimatiõe ipsarũ rerũ mobiliũ seu emen:
datiõm damnorum. super dictis bonis mobilibus illatorum
taxatiõe per uos prius facta de dictis bonis mobilibus pro
personarũ et negocii qualitate, ac ualore, seu extimatione
ipsorũ mobilium ablatorũ seu incẽsorũ et de perditiõm, vbi
ipsorũ mobiliũ valor seu extimatio alr probari nõ poterit,
Juramento eiusdẽ Regis, et aliorũ qui pertulerunt damna
huiusmodi declarãda, eisdẽ Regi et alijs passis integra:
liter facienda, nullo super hoc eisdem inuasoribus, occu:
patoribus, incẽdarijs, raptoribus, et damnor huiusmodi illa:
toribus, appellatiõis suffragante remedio cõdemnetis. Hu:
iusmodi sentẽtiã quã super premissis proferri cõtigerit, e:
xecutioni debitę demãn Contradictores quoslibet et re:
belles. Cuiuscũq3 status dignitatis et ordinis uel cõdi:
tionis extiterint, per excomunicatiões et suspensiones in
personas ac interdictũ in terras seu Ecclias earũdem
terrarũ, ac uniuersitates seu cõmunitates carũdẽ Terra:
rum et alia Juris remedia prout expedire uidebitis, com:
pescendo. Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij
secularis, nõ obstante fẽlicis recordationis Bonifacij Pa:
pę Octaui predecessoris nri cõstitutiõe qua cauetur. Ne
aliquis extra suã Ciuitatẽ et Dioc. nisi in certis exceptis

casibus

casibus, et in illis vltra unã dictã a fine suę Dioc. ad iu-
dicium euocetur, seu, ne. Iudices à Sede deputati prędi-
cta extra Ciuitatẽ et Dioc. in quibus deputati fuerint, cõ
quoscũqꝫ procedere, siue alij vel alijs vices suas cõmitte-
re, uel aliquos ultra unã dictã à fine dioc. earũdem trahe-
re presumant, ac de duabus dictis in Concilio gẽrali, et alijs
quibuscũqꝫ constitutionibus a predecessoribus nr̃is Roma-
nis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis, quã de per-
sonis vltra certum numerũ ad Iudicium nõ uocandis,
aut alijs ẽditis, quę ũre possent in hac parte Iurisdictiõi
aũt potestati, eiusqꝫ libero exercitio, quomodolibet ob-
uiare, seu eisdẽ Magro et fratribus uel quibusuis alijs
cõmuniter uel diuisim. Ab eadẽ sit indultũ. Qui excõ-
municari suspendi, uel eor̃ Eccl̃ie Ciuitates, Castra et loca
ecclesiastico subici interdicto, seu qd̃ vltra vel extra lo-
ca ad iudiciũ euocari nõ posuit per lr̃as Aplicas nõ facien
plenã et expressam ac de verbo ad uerbũ de indulto huius-
modi, corũqꝫ locis, personis, ordinibus, et nominibus pro-
prijs mentiõm ac quibusuis alijs priuilegijs, indulgẽtijs
et lr̃is Aplicis generalibus vel specialibus, quorumcũqꝫ
tenorũ existant, per quę presentibus nõ expressa, uel to-
talr̃ non inserta, ũre Iurisdictiõis explicatio, in hac parte

quomodolibet ualeat impediri et de quibus quorũq3 totis te:
noribus de uerbo ad uerbũ habenda sit in nr̃is ltr̃is men:
tio specialis. Cæterũ uolumus et auctoritate Ap̃lica decer:
bus manibus in pugna suffocantur. Sed et Smolnen Dux in
eodé flumine submersus celebriore victoriá apud hostes, sed
infestiorem Cladé apud suos effecit cadauer eius ex insi-
gnibus cognitú. Lithuanis ad Castr Viclunia per Comenda-
torem de Labijow, remissú est, et incédioritu patrio crematu.

Grauis Epidemie pestis apud Polonię Regnum seua mortalitate in vniuersos irruens, non Poloniam tãtũmodo. Sed et Hungariã, Bohemiã, Almaniam, Datiã, Frantiam, et fere uniuersa Chrianitas et Barbarica Regna, horrenda vi quassauit. Quam cũ nonnulli ex occasione Iudeor veneno ętheri imiscentium ortam fuisse comentarentur. Iudei in pluribus locis trucidati & combusti sunt, alij suspecti, nonnullis ut Christianor manus euaderent, se vxores. filios. filias, et propinquos necantibus, pręter paucas prouincias et Ciuitates quę illis propter auaritiam pecunijs corrupte pepercere. Ad pestis quoqz malũ, terrã motus inges, die veneris Conuersionis Sancti Pauli ortus accessit. et per omnes Catholicor et Barbaror nationes discurrens multis insignibus Ciuitatibus corruentibus, nonnullę etiã funditus deletę et absorptę sunt, Vt vix illar discerni possint fundamenta. Cępit aũt pestis prædicta Epidimię in Mense Ianuario in Pontificatũ Clementis Sexti Ano

eius

eius Sexto, et durauit per septē Menses cōtinuos, duobus mo:
dis agitata. Primus quidem tendebatur duobus Mensibus,
per Febrem continuā & sputū sanguinis moriebanturq;
patiēn infra triduū. Sēds tendebatur quinq; Mensibs
similr per febrem continuā apostemata et autraces, quę
in exterioribus potissime sub assellis, et ignimibus ir:
rūpebāt, qui patiēn infra dies quinq; extinguebant. Tā:
te vterq; contagionis, ut nō ex conuersatione tātūmodo
et anhelitū, sed ex solo aspectu infectio pestifera seque:
retur, horrebantq; et fugiebant parentes curare natos,
et nati parentes, execrati, alij alteros, videbāturq;
charitas mortua, spes prostrata. Ab oriente in occidē:
tem se protendens totū fere mūdū adeo infectione sua
atriuerat, ut vix quarta pars mūdi hominū putaretur
relicta.

Petrus Shirzik electus Cracouiēn pro confir:matiōe Auiniōm ad

ubi negocijs coactus regni annū agens moritur. Papę
tandem prouisiōn Bazantha in Epūm Crac. cōsecratur

Quamuis Electionis suę cõfirmatiõm Petrus Shirzik Cracouien Epũs electus potuisset per nũtios (non enim aliquis reperiebatur competitor) expedire. Beneplacito tñ Casimiri Regis deferens, qui nonnulla ardua, publicè et priuatim apud Sedem Apostolicam impellebatur petere, personalr se in Auiniõm contulit. et Regni et sua negotia expediturus. Electionis aũt suę a Clemente Papa Sexto, confirmatione facilr obtenta, du anno integro in ebeundis expediendisqs rebus Regis et Regni quę plus difficultatis grauitatisqs quam suę habere noscebantur. Auinione versaretur, pressus egritudine. Sexta die Mensis Junij moritur, et Auinione tumulatur, cuius morte secuta, Clemens Papa prędictus Capituli Crac. electione non expectata, Bodzanthę de Jankowo, de territorio & districtu Gnesnen. nobili de Domo Roze. Decano Crac. Qui præfatũ Petr. Shirzik Epũm in Auinione comitabatur de Eccl'ia Crac. promidit, et consecrari in Auinione mandauit. Qui prouisiõm & consecratiõm prafatas, preter spẽ sortitus in Polonia reuersus a Clero et populo Craconien. fauente etiã Casimiro Rege Polonię, cum õi reuerentia susceptus, plenam et pacificam possessiõm Epãtus Cracouien apprehendit

R

Rex Romanorũ Ludouicus moritur eligitur nõ obstante priore electiõe in Romanorum Regem Guntherus quo extincto Carolus imperium quiete possidet.

Ludouicus Romanorũ Rex venatiõm pertractando et agitando feras equo cespitante, uel iuxta aliorum assertiõm per quandam Ducissam venenatus in terrã collapsus. post paucos dies moritur et in Ecclia sepelitur. Nõnulli aũt ex Electoribus. electione Caroli Bohemiæ Regis quam fecerant et Coronatione eiusdem nõ obstante, Guntherum Comitem de Sworczburg in Romanorũ Regem eligunt. crudescebat quoqꝫ sibi infestiores nouerat, per munera placatis inter Gunterũ et Carolũ hactenus agitatum. quod morte Ludouici credebatur extinctum. Cum et Guntherus & Carolus cũ magnis exercitibus pararent se ad

Guerram. Interim aut Gunthero humanis absupto Carolus im:
perium pacifice possedit electoribus.

Nona Februarij Elisabeth filia Bernardi Suidnicen Duc.
neptis germana ex sorore Casimiri Polonię Regis, et Con:
sors Henrici Oppolien Duc. primi moritur. Et apud frum minor
in Oppol Monasterio sepelitur.

Casimirus Rex
terras Lukouien. Brze:
sten et Chelmen à Li:
thuanis acquirit. &
regno incorporat elatus victoria reliquit vxorem
et multas concubinas fouet de quo per Pontificem mo:
nitus spiritualibus infestus villas Floten Episcopi
Cracouien occupat super quo per Viccariu Cracouien Ec:
clesię ab Episcopo monitus. Viccarium in fluuio iussit suf:
focari.

Annus dni 1.3.4.9.

Frequenti

Frequenti et copioso Casimirus Polonię Rex ex equi-
te et pedite comparato ordinatoqꝫ exercitu. Terras Rus-
się reliquas, quę nondum suę parebant imperio. ad subi-
iciendū eas sibi ingreditur, et primū ad terram Lucʒsko.
Quam tunc Lubardus Lithuanus filius Gedimini, eiectis
antiquis Russię Principibus cū nonnullis alijs pertinen-
tijs occupabat, applicat, et obsidione Castra Lucʒsko. &
Vladimirium cingens, ea manu robusta conquirit. Dein-
de ad terrā Brzesten promoto exercitu, infra paucos dies
totam terram et Casty Brzesten in suā redegit ditionem.
Cętere enim munitiones minus fortes, per suos possessores
sponte dedebantur. Ad Chelmen posthęc terram descē-
dit, et Castro Principali Chelm crebris proiectionibus
Bombardar expugnato, multis fortunis et Clenodijs no-
bilibus illic potitus est. Cętera oia post Castri principalis
acquisitiom in obedientiam Regiam venere. Nonnullor
aūt Ducū Russię, plures eni ea tępestate exctabant,
precibus placatus, eos in gram et feudū suscipit, & iura-
mento fidelitatis et omagij suscepto, oia quę iuris eor
esse dinoscebantur restituit. Terris itaqꝫ prędictis
tribus per eū conquisitis, debitoqꝫ ordine compositis,
& Capitaneis Polonis in Castris principalioribus loca-
tis, gloriosus triūphator cū militari & totius populi sa-

more, quo per ora oim Statuũ sua prouidentia in ordinã-
dis et celeritas in conficiendis negotijs celebrabatur, in
Polonia redibat. Cui Cracouia venienti et tot triumphos
multipliciaq3 hostium spolia secũ referenti a processio-
nibus oim Eccliar, et a statibus oim ordinũ obuia itũ est,
et Rex ipse cum magna pompa et gloria, precedẽtibus eũ
militaribus copijs, et subsequentibus captiuis, Crac. in-
grediebatur, in oim cospectu mirandus & gloriosus. Mul-
tos enim habebat admiratio simul et voluptas. Ad Rex
ipse tres terras notabiles, facili et breui conquisitionẽ,
sui Regni Polonię adiecisset imperio, præsentiũq3 rerum
exitus futurorum euentuum et consumatiõm eorũq3 fi-
nem adque operationes suas dirigeret, portẽdebat, nes
spes, et opinio eorũ Iuditium fefellisset. Ne Rex ipse,
vt et opinio naturale et pene prope est fortunato et victo-
ri ex successibus scdis insolescere cepisset. His siquidem
elatus, auferente sibi cursu prospero, rectũ modestũq3 quo
ãls vigebat sensũ ad incontinentie, impacientieq3 pestes
diuertit, quibus adeo imoderate vsus est, vt fulgore
sui Principatus magna caligine obfũderet et glorioso-
rum suorum famã celeberrimã, in ignominiã cõfusiõmq3
precipitaret. Dũ etenim coniugali reuerẽtia pessundata
per licentię campos discurrerent, et consorte sua Heduigi

als Aldeida femina tã forma quã moribus honesta, spreta & contempta concubinarũ amplexibus publice et priuatim frueretur. quarũ greges in Opoczno. in Czchow, in Krze:czow. et pluribus alijs locis quasi quasdã turpitudinis officinas locauerat. Dum quoq3 et Pontificũ et Baronũ suorum salubria monita et consilia. sępius illũ carpẽ:tia negligeret. Sũmi Pontificis Clementis Papę Sexti rigoroso processu, Pontificum Ecclię Polonicę studio impetrato, moneri iussus est. vt concubinis oĩbus a se sequestratis et circumscriptis, in thoro continẽtiaq3 coniugali de cętero permaneret. Terrenas illecebras et carnales petulentias, neq3 diuina, neq3 humana fal:ce in se succidere permitens, ad violandũ quoq3 Ecclia:sticas libertates animũ impellens. villas Zloteñ te:nutæ Epales, que prope Sandomiriam consistunt, per Otthonem de Pilcza Palatinũ & Capitaneũ Sando:mirieñ de domo bipenniũ, tributis & laboribus seruire cogebant. Quam iniuriam Bodzantha Cracouieñ Epus Primũ Ottham de Pilcza Palatinũ & Capitaneũ San:domirieñ, deinde illo obstinatius se gerente Casimirũ Polonię Regem Censuris Ecclia:sticis & processiõibus percellit. ad quos exequendos Martinus Bariczka Vic:carius Ecclię Cracouieñ, cęteris metu Regio se subtra:

hentibus, per Bodzantham Crac. Cpúm directus, intre-
pide Regem adiens. mandatú Epále monendo perso-
nalr expleuit. Casimirus aút Rex. et si tunc in Iram
versus pluribus contumeliosis uerbis martinú Baric-
ka obruísset, manus tín ab eo cótinuit. Expost vero Mi-
litum et satelitum suor, animú suú suapte furentem in-
flamantiú, et eú qui Regem Epálibus mandatis percel-
lere ausus, mortali mulcta dignú iudicantiú, in faci-
nus enorme, dando ípatientię manus consentit. et p̄-
fatú Martinú Baricska in die S. Lucę dispt et mádat
comprehendi, et sequenti nocte in flumen Visla per Ko-
chanú seruitorem et familiarć suum facinoris huiusmodi
prœcipuú administratorć et directorę suffocari. Quo-
quidem facinore patruú suor mensurá partim impleuit,
partim excesśit Boleslaú scdm Sancti Stanislai Cra-
couien Cpi interfectorem exprimens, parentć vero suú
Vladislaú Loktek Regem Kaukeri Vrat Cpi maxila-
torem excedens. Nil itaqs mirandú, si diuina iustitia
ipm et stirpę eius perosa, de solio Regni Polonię eiecit,
Sed neqs aliquem stirpis suę superstitem, singulos eni
qui ex lumbis eius descendere extinctos nouimus, vi-
uere permisit. Inuidia itaqs hostis humani operáte, su-
perseminata tunc fuit apud Polonicú Regnú in potes ta
te

te superbia. in pace discordia, in abundantia luxuria, & in Clerum et populũ liuor. odium. atq; discordia, pessio quoq; et detestabili officij gẽre Rex ipse Casimirus pietati diuinę pro mirificis beneficijs in se et regnũ suum collatis respondit. Qui et seruitute Eccliam grauauit, et in CHRVM. Dñi diram truculentiam peregit.

Magr Prussiæ Lithuaniã vastat et passim in oẽs debachatur cum

Duce quoq; congressus eum profligat.

Vigesima quarta Januarij Magr Crucigerorum de Prussia Henricus. cum quadraginta milibus armatorum qui de Frantia et Anglia venerant, terram Lithuanor ingressus, eam cędibus passim oẽm sexum occidens et ætatem vastat. et dũ spolijs onustus rediret Dux Lithuanicus Kiestut. cum Lithuanis et Ruthenis pugnam cum eo cõserunt, in qua strages vtriq; facta est, et ceciderunt de Lithuanis et Ruthenis decem & octo milia. De Crucigeris Gerhardus. de stegin Comẽn.

dator Gdanen. Item Comendator Dobien. sex fres de ordine. Quinquaginta Milites et plures alij equestris & pedestris ordinis pugnatores.

Pestis apud Polonos viget maxima nec prius finē dcbachādi fecit quam mortales ad pānitentiam versi iram Dei placarunt.

Pestifer hic annus etiam apud Polonos fuit, morboqs Epidimię passim grassante multi mortales tam de nobilitate quam de plebe consumpti sunt. Dum quoqs diuturni mali nullum esset remedium et plures nō domos solum, sed Oppida, villas pestis desertasset homines. ad religiōm conuersi, credēn id malū propter indignatiōm diuinam sceleribus hōim prouocatam accidisse. flagellis virgisqs se mutuo uerberabant. alijsqs penitentię generibus se affligebant donec propiciata diuinitas, pestiferam auram sustulit, et mortalitatis motem cessare fecit.

Sedecima Mensis Junij, Otho Culmen Epūs morbo

ex

et senio grauatus moritur, et in Ecclia Culmen sepelitur In cuius locum Iacobus Canonicus Chelmen, per Canonicam Electiom succedit, a Clemente Papa confirmatus.

Ecclia in Claratūba per Casimir Regem consumaturq; per Iuom erat inchoata.

Eadem æstate Casimirus Polonię Rex, speciali deuotione et religione accensus, moleste quoq; ferēs monasterium Clare tumbę als Mogila ordinis Cistrecien prope Crac sitt a suo fundatore Iuone de Konskie Epo Cracouien. fragmentatum et inconsumatum relictum fore Regiam munificentiam in illud extendens. Murum Ecclię Monasterij prędicti versus meridiem porrectū consumat, tectūq; illi super imponit testudinibus, etiā Eccliam ipsam exornat, inchoans testudines ipsas, a Turri Ecclię ab oriente, vsq; ad finem versus occidētem perficiens et testudines transuersales et ad Aquilonem et ad meridiem.

Lithuani Terras Polonię vastant Rege iã expatrato scelere in fortũnatissimo facto.

Annus Dñi 1350.

Funestam ac sceleratam Martini Baricska Viccarij Ecclesię Cracouien̄ necem. Mandato Casimiri Regis Polonię patratam. diuina clementia. et sibi displicibilem. et cunctis irrationabilem monstrauit. Irasqs suas. nõ solũ in Casimirũ Polonię Regem. sed in populũ suũ Polonicum vertit. et uetere aduersarium Lithuanicum populũ. nõ in arcũ aut gladio confidentem aut certaminis facientem copiam. sed in clandestinis et furtiuis confidentem itineribus. rapta preda fugere assuetum sibi suscitañit. Ea si quidem estate tã dem et hyeme. Lithuani plures fecerunt in Regnũ Polonię. primũ quidem in terram Lukouien̄. Deinde in terram Radomien̄ et expost in Sandomirien̄. subitos & citatos incursus. et patratis pluribus & detestandis cędibũs. rapinis. et spolijs. raptam hominũ predam utriusqs sexũs & pecoꝝ

et pecorum, in Lithuaniam deducebant Excursionesq; subitas et insperatas crebris et interpellatis vicibus facien Regnu Polonię magna vastitate et calamitate, affecerant et vulgus permiscuu, et comune non tam crudelitate efferata, qua pauore et subito ingressu et raptu cocusserant Et licet Milites et Nobiles Polonię, Lithuanor non feren incursioes, copijs Equestrium & pedestrium in vnu coactis, iusto exercitu et æqua acie cum illis in particularia descendisset certamina. volen chara rusticor suor, amicor & colonor tam corpora quam pignora per eos rapta, et de illor potestate excutere in huiusmodi tm particularibus congressibus, sequebatur, permittente Dei occulto iuditio. Polonorum fuga, et Lithuanis, licet et incruenta, cędebat victoria. Abstulerat enim Deus in vindicta mortis Chri sui et alior facinorum, a Rege Casimiro Polonię et populo suo oes felices successus spoliatuq; donis gratuitis pluribus casibus obruebat aduersis. et oia quę agebat agereq; disponebat, aut in contrarium recidebant aut in irritum, & populus suus cu Lithuanis aut Ruthenis prelia aut certamina particularia exercens, victus in manu cadebat hostili. Rex quoq; ipse cu actionibus et molimentis suis, apud uicinos et hostes patebat contemptui, & iustis ludibrijs. Vt ta ipse quam oes sui, tot infelicibus suc-

cesibus fracti, tot funestis cladibus obruti, manu domi
super se pro scelere presbitericidij comisso. et nodum di-
gna penitentia expiato, uociferarentur vibratam.

Pro Epiphaniay die. Jaroslaus Archiepus Gnesnen.
Synodum prouincialem apud Oppidum Kalis tenuit
In quam Bodzantha Cracouien, Albertus Paluka Posnanien,
Sbilutus Vladislauien. Clemens Plocen. Joanes Lubucen,
Przeclaus Vratislauien Epi, cum suis quisq; capitularib⁹
conuenerant.

Ludouicus Vngarie Rex Siciliam vastat suasu tñ Clementis

Papę à debachatione quiescit Carolo tñ Roberti comisso
suo exercitu eandem populatur.

Fraterne necis et iniurie recordatione, que retracta-
do alitur. Ludouicus Hungarie Rex iterum exercitu
in Neapuliam cu gentiu propriarum et mercenariorum
bore, contra Joanna Sicilie Regina pergit ire, et circa
diem S. Georgij Seuis egressus, per mare Neapuliam tn-

greditur

greditur igne eam et cędibus uastat. Castra conquirit. Vr:
bes euertit, vltiōm in plures extendit. Donec rogatu Cle:
mentis Papę Sexti. furore indignationis temperato, quie:
scens Romam venit. Vbi iusto h̄ore exceptus et tracta:
tus exinde Pañonias reuertitur. Quiescere t̄n nō valēs
Carolum Roberti filium, cum exercitu in Neapuliā remit:
tit, qui pęnas interfecti viri ex Ioanna reposceret. Et
hic deletis Ioannę copijs et capta Neapuli. Sicilięq3
Regno in suā potestatem redacto. Ioannā in noua Ar:
ce obsedit. Sed Ludouico Andeganēn ad eū deliberā:
dam, cū nō exigua manu veniente, ad exhortatiōm Pa:
pę, ne sanguis Francor̄ collideretur obsidiōm soluit.
Paulo t̄n post præfatus Carolus Duranchinus vrbam
Papę. cuius stultitia ne dicam furore scisma tunc in Ec:
clesia excitatū est, cohortatione & solatijs adiutus, vni:
co prelio Reginę exercitu fuso ac deleto. Reginā annis
confectam puluillo ori superiecto, ad mortē cōpulit.

Carolus Romanor̄ Rex in Regem Bohe:mia Pragæ Coronat̄r

Quarto nonas Septembris Carolus Romanorum Rex et Marchio Morauię pri suo Ioanni Cęco in Bohemie Regno tam naturali Iure quam Prælator et Baronũ Bohemię Regni, voltroneo assensu et approbatione, succedens. In Pragen Ecclia, per Arnestum primũ Pragen Archiepũ coronatur, et iniungitur Bohemię Regem et Consors sua Blanka filia Francor Regis in Reginam.

In Bregeñ Oppido Ecclia S. Heduigis

Fundator, dotatur, erigitur.

Sub titulo & honore Beata Heduigis electę in Oppido Bregen Collegiata Ecclia, per Principes Legnicensem Ludouicũ & Venceslaũ filios olim Boleslai Legnicen et Bregen Ducis, fundatur dotat erigit & congrua pro Canonicis & Vicarijs illic diuina & ministeria nocte et interdiu expleturis, assignatur Salices nepotes quos pm Deo. deinde protauę sue Beatæ Heduigi, id sacrificium huncqs Korem impendere contingit.

Lichuani

Lithuani terras Leopolien. Belzen. Chelmen. & Brzesten depopulantur & Castra intercipiunt quos postea Rex profligit & Ducem capit.

Annus Dñi 1341.

Crebram Terrarum Regno Poloniæ subiectarum Lithuani Principes viden vastatiõm sibi impune prouenisse, ad attentandum maiora ausus sumunt, et exercitu haud contemnendo tam ex Lithuanis quam ex Tartaris et Ruthenis, his quoq3 gentibus quas ad seruitutem abduxerant, congregato, versus Leopolim procedunt, et ab expugnatione quidem Ciuitatis et Castrorum Leopolien. Jam enim illa Casimirus Rex Poloniæ Muris fortibus et altis fossatisq3 profundis munierat, abstinent Omnes tñ villas in circuitu et oppida ignobilia, spoliant, et quosda ex hominibus et habitatoribus trucidant, aliquos in seruitute abducut. et deinde passim incendia difundunt. Ex Leopolien aut terra versus Bels diuertunt. Et Castro Belzen conqsito

etiam ad Castra Vladimiriam & Brzesczie applicato exer-
citu diuturno tempore illa impugnando vtrumqs, non fe-
rente Casimiro Rege obsesis opem perditiom accipiunt &
Terras quatuor notabiles et secundas, vocat Belsen, Via-
dimirien, Chelmen, et Brzestcen à Regno Polonię abstra-
hunt, et earum se constituunt dominos et possessores.
Ex Castris aut huiusmodi, quorum vnum vocat Brze-
sczie, Casimirus Polonię Rex cocto latere firmare cę-
pitat, Lithuanis patebant in Polonię Regnu crebre ex-
cursiones. Antequam enim Castrum Brzesczie iuris sui
fecerant difficiles illis et periculosi in Regnum Polonię
aditus erat. et sepe illic aut de prope, aut stragę in suis,
aut raptorum restitutiom perferre cogebantur. Situ emi
illud Castrum optimum habet, paludinibus longe versus
Poloniam protensis, et limosis gurgitibus, alueoqs flumis
Bug qui in illo loco vada raro prębet, alijsqs qualifi-
cationibus, plurimis natura consitum et munitum. Vt
quasi quidam portus et Janua in terras Lithuanię
et Russię possit astimari. Casimirus tande Polonię
Rex habens in sui solatio Ludouicu Hungarię Regem
in Lithuanos grandem expeditiom agit, et Vladimirien
terram. Castra eius conquirens, etiam Ducem Keisthutom
Lithuanię in quodam particulari certamine cęsis & stratis
Lithuanis

Lithuanis, capit. Qui cũ oĩbus fr̃ibus Lithuanię Ducibus et suis terris, se fidẽ Chr̃ianam et baptisma suscepturum. Iureiurando promittens, à Regibus comiter & honeste habitus est, sed violato iuramento Reges deludens noctis tempore effugit.

Esonka et Otho Poloni soliti exercitũ paganor̃ ꝑ latebras tute ducere, dũ Iagiellom̃ Ducem cũ exercitu ad vadum Vislæ noctũ traducere vellent deceptus multa millia suffocat & illic pro proditiõ plectitur capite.

Sub ea quoq; tempestate et flagello, ob scelera Polonorum diuinæ vltionis uindice gladio in Polonos im̃isso, non deerant scelerati Polonię imposteros magis quam filii, latrones quam Milites et in propriã patriam

proditores Qui cũ Lithuanis Barbaris iungerent societates et comertia, et detestabili mercede accepta, ductũ illis per saltũs stagna paludes & flumina, quo inopinatiores Polonię Regno accederent, praberent. Inter alios aũt Petrus Psonka de Babin et de Radawiecz terra Lublinẽn terrigena de armis Janina & Otha de Scae. Karzouicze de armis Bipenniũ proditores et ductores insignium habebantur. Is et locor et vadorum peritus. cum aliquotiens rem nefariam inducendo Lithuanos in proprię patrię perniciem peregisset, et pro voto illi cuncta succederent, nec scelere nec metu Dei, neque crudelitate, qua Lithuani ingenus suũ, & in contubernales suos grassabantur auri et donorum cupidine, et qd prędijs suis et villis a Lithuanis parcebatur inescatus, reuocaretr Contigit vltiõm, dño amplius teterrimo farinus suũ non ferente, vt iuxta morem solitum, a Ducibus Lithuanię Jagiellone et Skirgallone ad explorandum vada fluminis Visla, et ne quid hostile à Polonis in ea quam tunc agebant incursione paterentur, prẽmitterentur. Is cum exploratis et prouisis singulis Visla inflatam vndis inueniset, haud longe tñ a Janichostẽn Oppido, vado clam nocte egre reperto virgis altis alueo infixis, illud quam diligentissime consignans

gnans ad Lithuanos reuertabatur. Interim vero Piscato-
res Poloni, virgis et signaculis proditore abeunte depre-
hensis, et quid significarent facile intellectis infundũ pro-
fundiorem Vislę villas infingunt, et transponunt. venit
post, noctis silentio, quo facilius Polonos falleret & op-
primeret Lithuanicus exercitũs, et Petro Psonka illũ
in trepide iuxta signa irrũpere et superare flũmen qua-
si vadosum iũbente, a vorticibus Vislę illũ facile hauri-
entibus, in aliquot milibus absorbtus & suffocatus est.
Quo malo Duces Lithuanię Jagiello & Skirgielko de-
territi, et proditori Petro Psoncze, existimãn illũ dolum
in se admisisse iurati, exprobrata fraude, caput gladio in
rippa auferunt, et per dies in latibulis saltuũ quiescendo,
noctibus tantummodo, ne a Polonis pręocuparentur per-
moti, post tam insignem suorũ cladẽ turpi fuga in Lithua-
niam, a Polonorum proditore iustissima pęna exacta re-
uertuntur. Processu aũt temporis Jagiello Dux Lithua-
nię in Regem Polonię assumptus, vtrũq3 proditorẽ pęna
insigni mulctat, & Petri quidẽ Psoncze hęredibus, au-
fert villam Krozonow, quæ & in hodiernũ diem fisco re-
gio applicata, sub Castro Lublinẽn manet, hęredibus vero
Othę aufert Sczekarzowicze. Quã in extrema ætate a-
gens, Zaklicze, Tharlo, eiusd Othõis nepoti, multis inter-

cessoribus et eiusdē Zaklicze meritis virtuosis fatiga:
tus restituit.

Bolesłaus Masouię et Plocen Dux Fatis absumptus

Absumptus est ex vita ex ea expeditione
xiii Calend Septemb. Boleslaus Masouię & Plocen
Dux filius Vankonis Et in Eccliam Plocen relatus illic
sepultus vir optimor morum, & ea pręcipue virtute in:
signis & clarus, qd iura libertatesqz Ecclię, nō sine:
bat, a quoqz ledi aut offendi, sed illar acerrimus exi:
stens propugnator & defensor: pr & amicus Ecclię me:
ruit vocitari.

Absumptus est & Magr Prussię Henricus Dusemer apd
Marienburg sepultus, cui Vinricus de Kinrode successit.

Ex Vngaria multi mortaliū motu pestilentię

profugi, sectā quandā instituūt in Poloniā quę per
Epos dissoluitur.

Pauore

Pauore pestis et mortalitatis, quę multos mortalium
presertim apud Hungarię Regnum subito inuasit et ex-
tinxit, pleriq3 homines perniciem illius vitaturi, glomerati
ex vtroq3 sexu de Hungaria in Polonię Regnum adue-
niunt. et vexillis eor9 procedentibus, processionalr Ec-
clesias quasq3 obuias. et prasertim in Ciuitatibus &
locis insignioribus ingressi corpora vsq3 ad umbilicu
denudant, flagellis virgisq3 usq3 ad sanguinis effusiom
uerberant, carmen quoddam inconditu, in linguario suo
& lamentationes decantan. Et quamuis secta huius-
modi fuerit aliquanto tempore per Epos Ecclię Polonicę
tolerata credita, a nonullis aliquam religiom cotingere.
Tandem dum pro comperto illustratu esset, sectam, praua-
tam & erroribus quibusdam dum se passim et mutuo ab
enormibus peccatis absoluerent, et illecebris carnalibus
(plures enim fęminę inter illos versate, vteros porrexe-
rant) fore inquinatam, conformi Pontificu Polonicę Ec-
clesię precepto, vczt Iaroslai Archiepi Gnesnen Bodzan-
thę Cracouien, Przeczslai Vrat. Alberti Paluka Ponanien
& Sbiluti Vladislauien, secta ipsa ex finibus Polonię de-
pulsa est, et tandem etia Apostolico interueniente man-
dato, dißoluta.

Casimirus Rex Albtum Cancellariũ Dobrzinẽn ad Clementem Papã p penitẽtia ab eo

dem sibi infligenda mittit. Qui sit obtinuit Vratislauiẽsem Epãtum sub Metropolitico Gnesnẽn retineri et Casimirus per satisfactionis modũ multas erigit Ecclias

Annus Dñi 1352.

Expiatiõm grandis sceleris in nece Martini Baricska vicarij Ecclię Craconien contracti. Ex quo vltiõnũ dño permittente plures clades et aduersi casus et successus continue emergebant, Casimirus Polonię Rex volens efficere. Albertũ Cancellariũ Dobrzinen et Plebanũ Bochnẽn ad Summũ Pontificem Clementem Papam in Auinionem culpã sui facinoris eius nomine recognitur. et penitentiam per Apostolicum infligendum. cum oĩ promptitudine mansuetudine, et

contritioe

contritione suscepturum, & cetera sua et Regni Polo:
nię expediturum Simul quoqs ne Vratislauien Eccliá a
suo Cinesnen alienaretur Metropolitano, quá Carolus
tunc Romanor et Bohemor Rex, miβis solennibus &
spiritualibus nuncijs Tragen Archiepo subijci, Iure Me:
tropolitico magnis instantijs deposcebat, impediturum,
transmittit. Qui illico adueniens a Clemente Papa beni:
gne auditus, facinore Regio in occisione Martini Ba:
riczka patrato Papę exposito et absolutionis bficiu
et modificationem pęnitentię obtinuit. Conditiones
autem penitentia sibi imposita in oibus Casimirus Polo:
nia Rex deuote suscipiens, in corde amoro et cotrito
illas suscepit & peregit Primú eni Ius libertatis Vni:
uersis Ecclię Cracouien Villis reddidit. Deinde Eccliam
Vislicien ad quam speciali afficiebatur deuotione. Nam
parcuti suo Vladislao Polonię Regi multis calamitatibus
aflicto, imago virginis bedicta in lapido desculpta in i:
psa Eccłia Vislicien adhuc apparens, ad quá sepe medijs
noctibus prostratus pro suis necessitatibus explendis,
lachrimosis suspirus recurrebat, subuenire et postulatu
ferre presidiu vulgata est, quadra & posita petra sum:
ptuoso opere, prioori Eccłia que angustes & humiles mu:
ros habebat demollita. Item Eccliam Sancta Marię

Sandomirien. Item. Stobnicsen Ssidlouicen in Zagosc:, e
in Ciargow Eccliam in satisfactiom sceleris et suplemetu
penitentię pulcherimis muris formauit, adificauit e ere:
xit. Et ceteras penitentiæ partes digna satisfactiom nihil
remittens perfecit e absoluit. Obtinuit etiam Albertus
præfatus a Sumo Pontifice, vt Casimiro Regi con subi:
tos Lithuanor insultus pro ea vice, et in superioribus de:
monstrauimus plurimum Regnu Polonię affligen, per de:
cimam quadriennale vniuersus Polonię subueniret clerus.
Eccliam insuper Vratislauien a corpore Gnesnen Metro:
politico scindi, et Pagen Ecclię subiti per publicas concer:
tationes in consistorio Apostolico super hac re sepi:
us ventilatas, prohibuit. Clarissimis e euidentibus
testimonijs ostendens, Vrat Eccliam per Reges e Duces
Polonia fundata, dotatamqs. et fabricata esse, et Gne:
snen Archiepo Iure Metropolitico semper fuisse et esse
subiectam. Et ualde iniquum e acerbu. vt Ducatibus
Slesię, a corpore Regni Polonię pręter equitate ab:
stractam Iura Polonice Ecclię nepharia mutilatione
truncarentur et Ecclię Pragen iniustus e adulterinus
honor, cu maximo Ecclię Gnesnen prejudicię e graua:
mine preueniret du certum esset. Eccliam Vrat et Iu:
ris et dotationis adqs gremij Regni Polonię ac Gnesnen

Ecclię

Ecclię eſſe soli denarij S. Petri. Si de cętero euidentiſſima documenta silerent, prætatione hijs siquidem & alijs pluribus præpositionibus magnę veritatis testimonio subnixis, optimo iuri fauores cesserunt imensi. Et Clemens Papa prædictus. Eccliam Vrat sub Metropoli Cnesnen consistere, et nullo vnqua tempore Pragen applicari censuit, sanxit perpetuo et decreuit. Sub eo quoqz tempore Casimirus Polonię Rex. per vniuersam Dioc. Cracouien deducendis in orea Eccliarū personarū manipularibus decis, inhibitione quam sola indignatione permotus fecerat meliori Samoriqs ductus Consilia xiii Calend Julij. Cracouię no solum abrogauit reuocauitqz, sed certo priuilegio Ecclię et Dioc Crac. concesso. Omnes Colonos & Rusticos, ad ducendum manipularem decima, ad loca per eos & electa decimarum dominis et possessoribus decreuit perpetuo esse astrictos & subiectos.

Olgierdus Lithuanię Dux Tartaros conduxit vt Podoliam popu-
lentur vastaueruntq;.

Tartari magna glomerati multitudine. et ab Olgierdo Lithuanię Duce donis et promissionibus varijs illecti, Terram Podolię Regno Polonię subiectam, varia cede & spolijs vastarunt. Cirandi enim prafatus Olgierdus Dux Lithuanię cruciabatur spũ, et Casimirus Polonię Rex plenam Leopolien terra possessiõm, mortuo Boleslao filio Troideni Ducis Masouia, nactus fuisset, hic Olgerdus genitor fuit Vladislai scdi expost Polonię Regis. Q in gentilitate positus Jagiello vocabatur.

Clemens Papa Sextus cũ sedisset Annis x. Mensibus vi. diebus sedecim moritur et in maiori Auinien Ecclia sepelitur. Cui per Electiom Cardinaliũ succesit Innocentius Papa Sextus Leonicen. amator religiosor. Qui in Monasterio Carthusien prope S. Andrea in Francia, fundat & dotat. Eidemqs ordini, specialem ad illũ gerens fauorem plura et singularia priuilegia cocedit. Canonũ peritissimus.

1.3.5.3.

Lithuani maxima damna inferunt Polonis quę prohibiturus Casirus Plocen Castr. & Ciuitatem muro cinxit.

FREMITV magno et furore Lithuanor Duces, Olgier: rich, Kijestuch, Skirgielo succensi. Qui Casimirus Polo: nię Rex cum nepotis sui Ludouici Vngarię Regis assis: tentia personali, terras et districtus Russię ab eis oc: cupatas hostilr vastauerat, et Vladimirien terram in suam redegerat ditiom, satagebant contiñe de ea invasi: one se ultum iri. Lubardus itaqs Lithuanor Dux, fortio: riqs poterat exercitu cũgesto secretius quo poterat, ad Halicien Ciuitatẽ, quę iam tunc per Casimir Regẽ tene: batur. Septima die Mensis Julij perueniens Treugis quę inter Casimir Regẽ et Lithuanos iureiuran firma: ta fuerant, fraudulenter & iniqs violatis, eam com: prehendit, et magna Ciuiũ, et mercator multitudine occisa, ferali etiam stragẽ in fęminas et pueros, qualem barbaricam gens ferre solet factã, plurimis ditatus et onustus spolijs, non audens illic consistere. Ciui: tatem succendens veloci fuga in Lithuaniã effugit, prędã aũt apud Halicz capta, in suis munitionibus Ca: stris et tugurijs deposita. Maioribus copijs auctus versus Jawichost, nona die Septemb venit, et villas atqs rura in quatuor Miliaribus a singulis partibus co: sistẽn, spolijs, cede & igne vastauit. Et antequam Milites Polonor arma sumerent, raptã prędã sustulit

et in siluarũ latibula reduxit. Ne aũt in ceteras Regiones et Principatus Polonię. excursiones furtiuas Lithuani conuerterent. Casimirus Polonię Rex Castra et Ciuitatem Ploceń muro coctili cõmuniuit eo Anno

Congesto ex Lithuanis et Ruthenis Olgierd. Kĳestuch. et Patrĳgik. Lithuanię Duces exercitu. in Prussię terram ire pergunt. Cladem apud Labiow acceptam & subuersionem Smolneń Duc. Quam circa districtum Kesis ingressi seueritatem Barbarica passim in singulos tam senes quam impuberes sęuiendo vastãt. Populationem aũt latius extensam multis mortalibus trucidatis, et plurimis captis, Inter quos quingenti nobiles pręter vulgum & agrestes mirabantur. nullam passi resistentiam. Lithuaniam redierunt.

Ludouicus Hungarię Rex filiã Elizabeth

Regis Bosnę filiam ducit in vxorẽ.

Vigesimã die Mensis Junij Ludouicus Hũgarię Rex. nepos Casimiri Polonię Regis. virgiń Elĭzabeth Stephani Regis Bosnæ. quem Hisupũban eleg voca bant

bant elegantis formę fęminam, desponsat. Et Sūmo Pontifi:
ce permittente, Matrimonialr sibi coniungit. Celebratis ex
more apud Budam nuptijs. genuerat siquidē præfatam
Elisabeth Ludouici nuptam, Elisabeth filia Casimiri
Ducis Gniewskouien, soror patruelis germana Elisabeth
senioris Regię Hungarię Caroli relictæ, et Ludouicū
quarta consanguinitatis linea contingebat.

In Polonia circa finē Maij gelu atq; nix valida et incensa decidit q; tum fertilem maxime annū effecerunt.

Evenit in Polonię Regno Anno eodē Sabbato in
vigilia Pentecostes prodigiosū et nūquā an ea visum
ac sine exemplo portantum. Nam dum Mensis Martię
Aprilis. et maior pars Maij calida, mansueta & apta
tempora ędidissent, frugesqs solis & temporis suaui:
tate in cubinos & aristas succreuissent, et in vbere
frugem peruenture. subito frigoribus imensis cohortis
gelu terrā vehementer pręmebat. Quo aliquantulū

restricto. Nix valida & imensa duorũ cubitor altitu-
dinem faciens. insperate et subito descendit. Omnesqs
Regionis Regni Polonię sua mole cooperiens, homines prę-
sertim agricultura deditos. violento et groſso suo de-
scensũ plurimũ exterruit. pręsertim dũ vsqs in sextã
diem sine aliqua reſolutionis spe perduraſset. veritos.
ne sub tam graui mole et statera. frumentor germina
imbre huiusmodi et niuibus exterminatũ, deuoratũqs in
contigiſset. Verũ vniuerſis Colonis ad tã in auditũ spe-
ctaculum pauentibus. et fortunas suas atqs labores per-
ditum iri fletu et lamentis vociferantibus. pietas
agni celestis afuit. Et quod humanus intellectus &
ratio, ad interitũ credebat descendiſse & pernicię,
vid diuina propiciatio. Quę ex insolitis operibus
vilescentibus et nullã admiratiõm afferentibus quot-
tidianis vult Laudari. vertit in augmentũ et salutẽ.
Niuosus siquidẽ ipse imber sexta die resolutus non
solum fruges vernales et hiemales quibus insidebat
nõ lesit, nec perculit. Immo illas sua placida infusio-
ne quasi quodam rore suauiſsimo adeo rigauit vigi-
ficauitqs Vt nullũ humanũ inocnium per stercori-
satione proueniens. tantã fecũditatẽ & vberitatẽ a-
gris & frugibus afferre potuiſset. Vnde ex admodũ

terribili

terribili & tristi Anno, fœcūdus & hilaris oēm abūdā-
tiam & locupletatiōm secū ferens, apparuit, et Colōs
euentu felicissimo refecit.

Lithuanię Duces in Prussiam debachā-tur seuere.

Annus Dñi 1.3.5.4.

Copijs in frequentiori quo poterant nūo, Orgielth, Kye-
stuch, Patrygik et Skyrgiello, Lithuanię Duces, in ex-
peditiōm coactis. Ruthenor insuper vsi solatus. In
Prussiam terra descendunt. Et regiōm circa Vartem-
berg aggressi, in homines & tecta seuiunt: necatisq3
seuibus & impuberibus, vicisq3 incensis, neq3 Magrō
Prussię Vēricho de Kniprode, neq3 aliquo ex comēda-
toribus, decernere cum Barbaror multitudine audēte,
in Lithuaniā regrediuntur, tā cum pecore & spolijs, q3
cum vtriusq3 sexus captiuis, in miserabilē seruitutē
traducts.

Masouiæ Dux Casimirus filius Troideni Duc
Masouię xxvi Nouembris absumptus, et in Eccliām
Plocēn, ad sepeliendū relatus.

Semouitus Masouię Dux negat pstare omagiũ Casimiro Regi, a quo dum Plocen & Rauen terra priuatur, prę stare debitũ omagium & iuramẽtum coactus.

Annus Dñi 1355.

Vetus ac diuturna, iamqꝫ longo tempore agitata, inter Casimirum Polonię Regem ab vna, et Semouitũ Masouię Ducẽ Ducatusqꝫ et terras suas, partibus ab altera, questio differentiaqꝫ, consurexerat. Exigebat enĩ Casimirus Polonię Rex & requirebat, vt sibi tanquã Polonię Regi, de terris & ducatibus Masouię prędictis solenne omagiũ, & per patentes literas profiteretur et recognosceret, se terrã huiusmodi & Ducatus habere, tenere, & possidere, titulo et Iure feudali: differentiaqꝫ huiusmodi, adtestatas, & notorias Iniurias peruenerat, adeo, vt

Casirus

Casimirus Polonię Rex resistentia et contradictione Semouiti Ducis Masouię irritatūs, et veritus ne Dux ipse in alterius alicuius Regis et presertim Bohemię transiret, per Ducum Slesię sequelam, ditiōm. Vbi monita persuasionis et requisitionis suas perditū iri videbat, altioribus, rigidioribusqꝫ remedijs vtens, tā Castrū et Ciuitatem Plocēn, quam Rauam, et cętera omnia, quę iuris et proprietatis Ducū Masouię erant. In suam proprietatem dominium, et Ius, contraheret, et his tanquā proprijs vteretur, ad eū post mortem Casimiri Masouię Ducis, absqꝫ prole aliqua defuncti, Iure feudi deuoluta sub suo quoqꝫ regimine et gubernatione, tam Plocēn qꝫ Rauen Castra fortibus & insignibus murris perfecta sunt, pluresqꝫ libertates & obseruantię salubres veteribūs seruitutibus abrogatis Ducatibus, et terris Masouię sub sua presidentia accesserant. Omnibus Baronibus & Nobilibus Masouię, Imperiū & regimen Regis Casimiri propter suā iustitiam et aquā gubernatiōm magnopere probantibus. Sanoitaqꝫ & prudenti Dux Masouię Semouitus vsus consilio priori resistentia qua cū Casimiro Polonię Rege, turpe ratus, antiquam sua stirpis nobilitatē et libertatem, alicuius feudi & subiectionis iugo contaminare, certauerat, deposita

in præstatiom̄ Omagij et susceptionē feudi consētit, ad
quod perficiendum cum et locus Oppidi Calisch, et dies
Sancti Joannis Euangelistę dicta fuisset, venit perso:
nalr̄ Dux prefatus Semouitus, cū Nicolao Plocēn Cpo,
vniuersis et maioribus Masouię Baronibus, et in prę:
dicto Oppido Calisien̄ tertia die post Natiuitatem
Chr̄i Casimiro Regi regalibus vestito et diademate or:
nato et Regno Polonię solenne et publicū omagium, cū
suis Masouię Baronibus, Banderia cū insignibus & ar:
mis. Ad pedes Casimiri Regis in trono et solio Regio
consisten̄, proyciendo. Et sibi fidelitatis et subiectiōis
debite, tanq̄z vnico naturali Dn̄o, corporale iuramētū
iuxta morē præstandō exhibuit. Et per lr̄as patētes
et publicas, omnes terras Ducatus Dominia et distri:
ctūs Terrar̄ Masouię recognouit pro se et suis succes:
soribus hābuisse et habere, a Casimiro Rege et Regno
Polonię in feudum, et Jure ac titulo feudali promitens,
seq̄z obligans, cum terris et Ducatibus prędictis tunc ha:
bitis, et inposterum quocūq̄z iusto titulo habendis, in
omni casū, necessitate et guerra Casimiro Regi et Co:
ronę Polonię consistere, et nūq̄z ip̄m Casimir̄ regem, &
Coronam Polonię deserere in aduersis. Ad rescindēdū
aūt cuiuslibet super prę missis ambigenti incredulitat

scrupulū

scrupulum copiam, literarum prædictarum inserendam du:
xi, ex originalibus, quæ in Regio Crac' asseruantur, thesa:
uro fidelr transumptam et hęc talis est.

Nos Semouitus Dei Gra Dux Masouię et Dominus
Czirnen vniuersis tenore prntium significamus et publi:
ce protestamur, ab excellentissimo Principe Casimiro
Dei Gra Illustri Rege Polonię patruo nostro dilecto.
Omnes terras villas seu munitiones, quas vel quæ o:
lim Dux Casimirus pie memorie frater nr habuit. Et
quę ex ipsius morte ratione feudi, quod ipsi Dno Regi
prestiterat Iure obuenerunt, similr in feudum accepi:
mus, vczt Varszouiam, Sochaczow, Wiskitkij, Czie:
chanow, Nowigrod, quod iacet super fluuium Pisz &
Nowijdwor cum eorum districtibus et dominijs, scdm
quod sunt in eorum limitibus situate, pro nobis &
nris genitis habendas et possidendas. Eo Iure quo
feudales similia dominia sponsione omagij domino
præstita, tenere consueuerant. Innouamus insuper
feudum per nos olim dno regi factom, cum nris terris
seu Castris vczt Czirsko, Rawa, Lyw, & Gostynin,
quę Castra ab ipso Dno siue terras in feudu recepi:
mus, et Omagium sibi debite fidelitatis prestamus

promittẽ vera fide et absqꝫ dõlo cuiuslibet fraudis Cum
potentia nr̃a gentis, tam in illa gente quã in antea habu:
imus, tam cũ ea modo ex feudo lucrata, pro nostro posse,
ipsm dominũ Regem nostr̃ Polonię, in õibus guerris expe:
ditionibus, et contrauersijs habitis et habendis. cum
omnibus gentibus paganis vel chr̃ianis, et cõn quasli:
bet personas reges, vel Principes, cuiuscũqꝫ status, vel
conditionis existant, fidel̃ adiuuare et ipsm nõ deserere
in aduersis. Spondemus insuper qd̃ nullam concordiam
aut contractum cum aliquibus hominibus et præcipue
cum Lithuanis inire volumus prater præfati domini regis
scientiam et bonam voluntatem. Et quia Castrum Ploczko
nobis necnon fr̃i nostro bona memorię Duci Casimiro pre:
mortuo per eundem dictum dominũ Regem in duobus mi:
libus Marcarũ Polonici ponderis extitit obligatum. Ipm
exnunc a solutione prędatę pecunię solutum pure fecimus
et quietum. Idem Castrum Ploczko ad possessiõm ipius
domini Regis restituen, tam tempore vitę suę tenẽdũ,
habendum. post exitum vero animę suę etiam prole sua
masculina existente. Nichilominus ad nos et ad nr̃os
filios seu successores pralibatũ Castrũ Plocen cũ tota
terra simil̃ in feudum a suis tamen liberis si quos ha:
bebit tenebimus, sicut et al̃s terras a prędato Dño Rege

obtinens

obtinens. Præterea volumus, qd illa bona quæ tenet Serenissi:
ma Princeps dna relicta Vankonis, possessiones et hęredita:
tes sitas in districtibus Sochaczouien et Crostinien, post
decursum vitæ suæ ad nos in totum pertinebunt. Illa aut
quæ sunt ex illa parte fluminis Visle ad ipm dominu Re:
gem post mortem ipsius ad Ploczko volumus pertine. Vo:
lumus etiam quod si qua donatiom dominus Rex fecerit
in terra Plocen, tam in Villis qua molendinis ratam obser:
uare In cuius rei testiom sigillu nrum duximus appende:
dum Acta et Datha in Calisch in die S. Joannis Eua:
pelistæ. Anno Dni 1355.

Albertus Paluka Posnanien Epus moritur sufficitur Joannes de domo dotiwa.

Pridie Calend Julij. Albertus Paluka Posnanien
Episcopus. Cum aliquanto iam tempore infirmitates
molestias passus esset. Dno illum vocante, in villa
sua Episcopali Solecz mortuus est, et exinde Posna:
niam relatus est. In Eccl̃ia Cathedrali accepit sepultura

Cum Annis septem Posnanien Ecclesię præsedisset Capi-
tulum aũt Cẽclię Posnanien die pro Electione futuri Pon-
tificis indicta et publicata Joannẽ Præpositum Posna-
nien de domo Doliva elegit a Jaroslao Gnesnen Archie-
po confirmatur.

In Romanor Regẽ Romæ per Cardinalem Carolum Bohemiæ Rex coronatur.

In Bohemi tandem reuersus Filium in Regem Bohemię Coronari satagit.

Carolus Romanorum et Bohemię Rex pacificatis per solertem industriam prudentiamq; tyrannis Italię assumpta sibi societate et conductu de Mediolano cum exercitu magno ex Bohemis Polonis et Almanis comperato Italiam profectus. Et ab omnibus Ciuitatibus Italię comiter habituris exceptus. Cand Romam peruenit. Vbi in die Paschę per Cardinalem Ostien ab Auinione missum de mandato Innocentij Papę Sexti

cum

cum Consorte sua Anna filia Henrici Iawrien̄ et Lubanię Ducis et nepte Boleslai Ducis Swidnicen̄ ex qua iam filium Vence: slaum apud Nurumbergam xxiij Februarij M. c.c.c.l i° susceperat, et quam p̄ma mortua Blanca acceperat. Corona: tur et benedicitur in Imperatorem. Qui benedictione impe: riali perfunctus, per plures Ciuitates transitū faciens, et ab eisdem tam censum Imperia debitū, quā munera emūgens cō: gregato satisgrandi thesauro, multa florennor̄ millia Ducibus Austrię, propter dotes filiarū ipsū affinitate propinqua con: tingentium largitur. In Bohemiam deinde reuersus filium Venceslaum vix quadri niuiū agentem in Bohemię Regē ob: tinuit coronari.

Legati ad Ludouicū Regem Vn̄garię missi qui obtinent Iura & libertates confirmari et addi iuxta priuilegium

Ordinante et id tunc optimū censente Casimiro Re: ge Polonię mittuntur in Hungariam ad Ludouicum Hūgarię Regem. Germanū. Ex sorore Casimiri Regis nepotē speci:

ciales, nomine Regni totius Polonię. Legati vc̄ꝫt Joan̄is Castellani Woynicien̄, Florianūs Prapositus et Cancellarius Lancicien̄, Petrus Tribunus, et Pellia subagaso Crac̄., Hij cū Ludouicum Regem Vngarię Bude offendisset, legatiōm eis impositā exponendo, rogant Regem, vt cū Casimirus Polonię Rex auūculus suus, orbus filijs declinet et in sectā et dissolutiōm, et sibi vigore pactorum dudum inter Casimir̄ Polonię, et Carolum Vngarię Reges initor̄ et per ipsū Ludouicum innouator̄ Regni Polonię debeatur successio. Regni Polonię Prælatos, Duces, Barones, Militares, Nobiles & Ciues in euentū successionis huiusmodi de opseruandis & manutenendis Priuilegijs, libertatibus, Juribusqꝫ et legittimis eorum. Et signanter, qd̄ regnū Polonię millis tallijs exactionibꝫ et collectis, sed nec stationibus aut descensibus in loca Ecclesiastica vel secularia, grauabit, sed sumptibus Regijs sibi comparabit necessaria. Et si ip̄m, et nepotem suū Germanū Duce Joannem prole masculina non extante decedere contigerit. Vt prelati, Duces, Barones, Millitares et Nobiles Regni Polonię, eo ipso pactis promissionibus, Juramentis et Omagijs, sibi et fr̄ibus suis in euentū mortis Casimiri Polonię Regijs præstitis, intelligantur soluti, per suas patentes lr̄as in Regnū Polonię refferendas, certificet et assecuret. Ludouicus aūt Hungarię R̄ cum Legatos Polonię iusta oīa

et æqua

et aqua postulasse, cũ Consiliarijs digessisset, singulos articulos benigniter concedendos et specialibus lris roborandos decreuit. Literay ipsay tale est exemplar.

Copia priuilegii libertationis Regis Ludouici.

Nos Ludouicus Dei gra Hungarię, Dalmatię, Croacię, Rauię, Serwię, Gallatię, Comauię, Bulgariegz R. Princeps Gallerwianus et honoris montis sancti Angeli dominus. Significamus quibus expedit vniuersis, praesentium per tenorẽ. Qd cũ Joannes Voynicien, Florianus Praepositus et Cancellarius Lancicien, Petrus Tribunus, et Pellia Subagaso Crac. ad nostram accedẽ presentiam, nobis ex parte vniuersorũ Regnicolay Regni Polonię, super concedendis eisdem clementer articulis infra-script. humilr supplicassent. Nos eorũ imo verius ipsoy regnicolay ex actionibus gratiose inclinati, promittimus & assumimus bona fide, absqz oi dolo et fraude, verbo nrro Regię Altis, vt si disponente domine in ius et regimen Regni Polonię prænotati, iuxta formã compositionis seu

ordinationis. inter Sereniſſimos Principes. Carolum quon-
dam Regem Hungarię genitorem nostrum. ipsiusqꝫ soro-
rinũ. in nostri et frũm nostroꝝ personis. dudum inite et
firmate. ac uobiscum nouissimis temporibus innouate. pro-
cessu temporũ succedere nos contingat. nullas collectas.
seu exactiones. nos et nri successores nri et eorũdem re-
giminis in prædicto Regno tempore exigi faciemus a
regnicolis prenotatis. Quas recolende memorię dns vero
ipsius dni Regis. aut idem dns Rex. aliquibus ex causis
vltra consuetam et solitam libertatem. ab eisdem regni-
colis et presertim Prælatis et personis Ecclesiasticis eo-
rumqꝫ villis et populis seu incolis Nobilibus ac eoꝝ
villis et populis. seu Ciuitatibus Regni eiusdem. cuius-
cunqꝫ status et conditionis exigi seu extorgueri feciſſet.
Sed his contenti erimus. quæ ipsi consueuerũt soluere ab
antiquo. quæ ad Camerã Regiam seu ius regale constite-
rit pertinuiſse. Seu constabit sed si Ciuitatis exceptis
tñ Nobilibus dicti Regni Polonię. ac aliqui dictaꝝ Ciui-
tatis de eodem Regno. occurrente aliquo neceſsitatis
seu opportunitatis tempore contribuere voluerint. ad
id faciendum seu soluendum eosdem nullo modo cõpellemus.
Item si per Regnũ illud. quocunqꝫ tempore procedere nos
contingat. descensus. super Prælatos. Ecclias. Monasteria.
ipsoruꝫqꝫ

ipsorumq3 populos supra dictos seu Regni ante dicti Nobiles et eorum Omagiones, populos, vel inquilinos, nō faciemus contra eoꝝ voluntatem. Nec aliquid occasione descensionis exigi fa: ciemus ab eisdem, quod si alius pro faciendo descensu diuertere non possemus, extunc pro nostris sūptibus et pecunia nos pro: curari in victualibus et alijs necessarijs faciemus. Ceterum si in nostri et successorū regiminis tempore, pro aliqua expe: dition̄e facienda vltra fines eiusdem regni procedere nōs ex. pediat, vel eosdem. De damnis sicq3 regnicole eiusdem Regni in eadem expedition̄e, nobiscū aut aliquo nostroꝝ successoꝝ existēn, in nostris aut ipsoꝝ seruitus subierint, plenariem eiusdem satisfactionem impendemus. et ipsi idem impende: re teneantur. Demū si (quid absit) nos, aut dominū Joannem nepotem nostrum Ducem, absq3 herede masculini sexūs decedere contingat. Extunc oīa pacta, conuentiones, di: spositiones, ordinationes, Juramenta, fidelitatis & Omagij ac obligamina quę debet confecta superfacto Regni Polo: nie supradicti, qua nos aut nostros et ipsius heredes contingebant. Eo ipso annihilentur irritentur, et viribꝰ maneant caritura: nec alij successores nostri, preter quā heredes memorati, hoꝝ pactorū occasione ad liquid̄ iuris in eodem valeant vlterius vendicare, s Sed regni: colę ipsius Regni Polonię, super ipsis liberis sit penitus

et exempti ac per omnia expediti. Saluis solutionibus, quinqꝫ millium sexagenarꝝ, grossorũ Bohemicalium inclitę dominę senioris filię eiusdem Domini Regis tempore maritationis ipsius, prout per prædictũ Dominũ genitorem nostrum assumptum fuerat per nos plene et integre eidem persolutis, de quibus in prædictorꝝ compoñis, et irritatiõis ordinationis, et annullationis euentũ, volumus vt nr̃is successoribus seu hęredibus satisfactio impendatur, per illam qui præfato Regno Polonię pręsidebit. Sic tñ si p̃dictum Regnum in nostras vel domini Ioannis Ducis nostrorumqꝫ vel ipsius hęredum manus deuenire cõtingerit, eo ipso, præfati, Rex et Regnũ à debito dictorum quinqꝫ millium sexagenarꝝ sint per oĩa expediti. Pacta autem conuentiones et dispositiones, ac ordinationes quascunqꝫ, et instrumenta confecta, super ipsis temporibus quibus supra, cum oĩbus ipsarꝝ obligationibus ac promissionibus et firmamẽtis quibuscũqꝫ, p̃ntibus, ratificamus et approbamus, et illibata, iuxta conuentiõm contentorꝝ in eisdem formam, sub eisdem sacramenti vinculo promittimus oĩbus temporibus obseruare, insuper oẽs Duces, Prælatos, Ecc̃lias, Ecclesiasticas personas, Barones, Magnates, Proceres Millites, Nobiles, Ciuitates, Villas, eorumqꝫ populos et inquillinos, in eorũ libertatibus promittĩus

conseruare

conseruare nec eos cõn illas intendimus aggrauare, vel per alios paciemur aggrauari modo aliquali. In quorum oim testimonium adq; robur præsentes concessimus literas nras duplicis ac pendenti sigilli nostri munimine roboratas. Datũ Budę xx iiii Mensis Iunij, Anno Dñi 1. 3. 5. 5.

Filius Troidini Ducis Masouie xx vi Nouembris assũptus.

Lithuani fere totam depopulantur Prussiam

prouisioni Ecclīæ Gnesnēn facili vt sperabat impendio obten:
turŭs. Sed à Ianussio Paskonis Cantore Gnesnēn, qui il:
lum apud Auniōm eadem celeritate, qua ille venerat con:
secŭtŭs uice et nomine Capituli Gnesnēn impeditus, mult
fatigis et sumptibus inutilr amo integro sŭb quo à peste
inguinaria aduersariŭs suus Ianussiŭs Cantor extinctus
est, gestis, infecto et desperato negocio ŭacuus redijt. Præ:
posito aŭt Nicolao animū remittente de prosequendo Ar:
chiepus Iaroslaŭs semel captū propositum decedendo intedit

Et noua constitutione ad cedendum honori et oneri Archie-
piscopali in personam nepotis sui ex sorore germani Joannis
Suchiwilk decretorum Doctoris Decani Cracouien et Canoni
Gnesnen ex terra Sandomirien et villa Strzelce, prope op-
pidum Szidlow ad Szichodnias sita, de domo et familia
Grzimalitarum, orto, procuratores constituit. Verum dum
nuncij prefati Joannis Suchiwilk Decani Demarath Milles
et Jarandus Canonicus Gnesnen. Ludouici Hungarie &
Poloniæ Regis intercedentibus pro Decano literis fulti cas-
so labore, apud Gregorium xi Auinione. Ludouico eadem
facilitate qua concesserat, intercessiones suas alijs literis
reuocante. Joannes prefatus Decanus nouis literis a Gne-
snen Caplo. quibus sui nuncij fulciti non erant. Item lris
Ludouici Regis Poloniæ. Item lris Caroli Romanorum Im-
peratoris et Bohemiæ Regis armatus. Auinion se personalr
contulit et Guilhelmo Cardinali propinquo sanguine. Gre-
gorio Papæ coniuncto, causam suam promouente. De Eccha
Gnesnen per Gregorium Papam. Anno subsequenti vcst Mil-
lesimo tricentesimo Septuagesimo Tertio prouisus est, et
de mandato speciali Papæ Auinione in Dominica Miseri-
cordia domini consecratus, subito deinde se ex Auinione

propter

propter grassantem pestem illic euolutus Gnesnam feria ter:
tia Mensis Julij prima die ingressus, et processionem honore su:
sceptus, altero aduentus sui in die festo vcz Visitationis Ma:
riæ in Pontificalibus Missarum solemnia peregit. Pacificam &
plenam Archiepatus possessionem nactus est, preter Pomeranien
et Opatouien districtus et Calissien decimas. Quo sede A:
postolica Jaroslao olim Gnesnen Archiepo, pro manutenendo
statu suo reseruauerat. Fastidiens quoqz predictus Jarosla:
us Archiepus secularium habitationem et conuersationem, in
Monasterio lauden prope Pisdri integro pene penitentians
seipm et disciplinans versatus est biennio. hunc aut Joan:
nem Suchiwilk Archiepum Gnesnen aliqui ortum tradunt
ex Villa Strzelcze prope Paczanow. in Terra Sandomirien
ad fluuium Schodnia sita. Aliqui ex Villa Golutho pro:
pe Calisch ex pre Przeczslao Palatino Calissien.

Ludouicus Hungariæ et Poloniæ Rex, filiam suam Ma:
riam natu maiorem. Sigismundo filio Caroli Imperatoris &
Bohemiæ Regis Brandeburgen Marchioni desponsat. Cum
anno proxime transacto Epidimiæ morbus in corpora hu:
mana apud Poloniæ Regnum parto et castigato languore

sequisset, eo Anno adeo grassabatur, per agros, fora, Oppida, rura atq; Vrbes, ut in plerisq; locis apud libitina vix sufficeret. Duplex et hoc Anno à Cruciferis de Prussia in Lithuanos expeditio habita est, Quarū vnam fr Vigandus de Belderstein, alteram comendator de Insterberg administrauit nihil memorabile in vtraq; gestum Neq; enim Lithuani crebra vastatione fessi in discrimen dimicationis prodibant Vsta itaq; sunt tecta, Et cedibus in senes et impuberes indultum, et captiuor aliqualis nūmerus Prussiā addūctus.

Vladislaus albus Dux Gniewkouiēn Poloniæ Regni hæres,

qui multis Annis regulam .s. Benedicti professus fuit audita morte Casimiri, dum à Pontifice non posset dispensatiō obtinere Poloniam per quos dā Militē vocatus veniens quatuor castra duab; dieb. conquirit vnde facta electus est.

Anno

Annus Domini 1373.

Ad noũandũm res nonulli ex Maioris Polonia Baronibũs proclini et regio semini Polonorum affecti Vladislao Albo Duci Gnieẃkouień in ordine et religione Sancti Benedicti apud Diuiõm Burgundie in Monasterio Sancti Benigni Annis prope xiiii demoranti Mortem Casimiri Polonorum Regis, quamprimum secuta est Literis et nuncijs significant. Et illum vt Monasterio et religione desertis, in Regnum Poloniæ veniat successiõm illius velut Casimiro Polonoy Regi per lineam masculinam proximior sua et aliorum Baronũm Poloniæ secũ una sentientiũm habitũrũs animant, Nec nuntijs et literis contenti, ipsimet ad perquirendũm Ducem suum Vladislaum Album prisco exemplo, quo Casimirus primũs Polonoy Rex, ex Cluniaco, vbi ordinem et regulã professũs etiam in Dyaconi gradum euectus fuerat, excitati, proprijs expensis ire pergũnt. Et Vladislaus quidẽ Albũs Gnieẃkouień Dũx morte Casimiri Poloniæ Regis percepta, ut erat ad leuitates resgs nouandas præceps ad capessendum Regnum Poloniæ magnis spẽbũs incensũs

excedit de religione et Monasterio. et primum Auinonem dispensatiõm ab Apostolico quesiturũs vt et in Poloniæ liceat succedere Regnum. Spe animoqꝫ Regni Poloniæ potiundi complexũs, ad imperiũm descendit Polonorum Baronibũs quos ad se perquerendum et reducendum adhuentare noũerat. apud Basileam Regni Vrbem adũentũm suum operiri iũssis. Ex Auinione tandem omni spe de obtinenda dispensatione frustratũs, recedens, nunnullos Basiliæ quosdam in Argentina. Barones Polonicos et signanter Procopellcõm de Sthaszewo, Stephanum de Erling. et Vissotam de Kurnik, pluresqꝫ alios eorum Comites offendit. Eorum procuratus expensis eorumqꝫ directus Consilijs. Ludouicum Hungariæ & Poloniæ Regem apud Budam tunc agentem primum adijt. vbi parum grate susceptũs. Baronibus Poloniæ illum deserentibũs. et inanem spem prosequi desistentibus. plusqꝫ biemio degnit. assiduis aũt obsecrationib. Consortis suæ Elisabeth Reginæ Hungariæ iũnioris Vladislai Albi ex sorore germana neptis. Ludouicũs Hungariæ Rex expugnatus Vladislaum Ducem Album. ad Papam Gregorium xi in Auinioñ et cum illo

notabiles Oratores. rogatũros ut dispensatus Dux Vla:
dislaũs Albũs. sclin et Ducatum fratris fas illi sit repe:
tem, transmittit. Supplicationis aũt sua repulsam passus,
quum ad dispensandũm nulla legittima causa qua sum;
mus Pontifex moneretũr extaret. Ex Hungaria Lũdoui:
co Rege ignorante, quatuor tantummodo comitatũs fami:
liaribũs, temporalium fragrans desiderio. in Poloniam ma:
iorem descendit. Et primum apud Gnesnam feria sexta die
Natiuitatis Mariæ ab hospite cognitũs, propere inde dis:
gressus, Vladislauiamq3 veniens, quum nemo prohiberet,
Castrum occupat. Ciuibusq3 Vladislauien in Castrum ac:
cersitis, et dicto parentibus sacramento, illos de fide sibi
et non alteri obligat. Præsidio aũt aliquali Castro Vladisla:
uien impositio, exiliens mira celeritate Gniewkoni suam di:
tionem redigit. Jamq3 aliquibus Militibũs, Ciuibũs et aggre:
stibũs, ad aduentum suũ exultantibus comitatũs Romli:
konem Castri Zlothoria Tenutarium in rure se continentem
exc improuiso adortus captiuat Et uinctum ad Castrum
Zlothoria adducens. familiaribus illiũs Castrũm Zlotoria
obseruantibus Castrum reddi imperat, abnuentes terret se
illoꝝ. dominum Romlikom illico capite damnatũꝝ. His

illi fracti et Ducis Vladislai Albi promissionibus eos mul:
centibus exhilarati. Castrum Zlothoria tradunt. sub vno
itaq3 die. trium Castrorum nactus possessionem Die altera
vcz̄t Sabbati cum Vladislauien̄ et Gniewkouien̄ Ciuibus
Sarleij Castrum obsidere cæpit. vbi aliqualem resistentiam
eo tantummodo, die quo venerat expertus, die Dominico,
mane Castrum Sarleij per deditiom̄ vno tantummodo de
suis desiderato. accepit. occupatione Castrorum quatuor
sub tam breuissimo tempore secuta Sandiuogius de Subi:
no maioris Poloniæ Capitaneus. experge factus. et magno
consternatus. Quum Castra ipsa sub eius Capitaneatu
et ditione consisterent. dolore. frequenti Consilio aduocato.
quid facto opus sit deliberat. Veloci itaq3 nuncio Regi Lu:
douico in Hungariam inuasiom̄ et occupatiom̄ prædictorum
Castrorum significans ipse, expeditione indicta, quam etiā
lr̄æ Regiæ celerrime ex Hungariæ relatę fieri iubebant.
Vladislauiam conuenientibus copijs vniuersarum Maio:
ris Poloniæ terrarum. obsidione vallauit. Et continuo
Vladislaus Dux Albus. a nobilibus et Militaribus qui
illi adhæserant. Regiarum literarum metu, desertus. qd
ageret. quorum imploraret suffragia penitus ignarus, in
spe

spe sua defluere et collabi cepit. Longam autem obsidiõ
Vladislauien Ciuitas non tollerans. Quam fame seuissima
pluribus diebus laborasset, et nihil præsidij in Vladislao Albo
Duce tam pecunijs quam gentibũs inope sciret repositũm, fa:
cinore suo recognito. obsecrans sibi ignosci deditiõ facit.
Quo Vladislaus Albus Dux cognito, maiori fluctuatione
collisũs, amicis suadentibũs Castra singula quæ occupaue:
rat et singulis victualibus integro Anno famem tolleratu:
ra fulciuerat. Sandiuogio de Sũbino Capit maioris Polo:
niæ uberem grã Ludouici Regis se consecũturum speras
Sandiuogio Capitaneo et cæteris Baronibũs Poloniæ suam
augente spem. et pro ea impetranda suis pollicentibũs inter:
cessiones et operas. ex integro restituit et resignat. Hic
Vladislaus Albus dũx filius fuit Casimiri Ducis filij Semo:
uislai, cuius pr erat Casimirũs Dux Cuiauiæ, Lanciciæ,
Siradiæ et Dobrsinen. Casimirus aũt filius fuit Cunradi Du:
cis Masouiæ, fris Leskonis Monarchæ Regni Poloniæ.
Iste Semomisl dux Gniewkouien habuit tres filios Præmi:
slaum Leskonem. et Casimirum, Secuta aũt morte pater:
na diuisione ducatuũ celebrata. Cessit Præmislao Maio:
ri natu Bidgostia, Leskoni Iuniwladza Casimiro Gniewkow

et Castellania in Slawsk Premislaus et Lescsko quum orbi decessissent. solus Casimirus superstes remanens. licet plures habuisset filios et filias vnus tñ Vladislaus Albus et vna filia fuere. cæteris fato absumptis sũperstites Cui quum vxor sterilis mortua foret. dimissis Principatibus suis in potestate Casimiri Poloniæ. et mille florenncy ab eo receptis. animo nunqȝ in Poloniam reuertendi. ad terram Sanctam ex Venetijs pelago transfretauit. et visitato sepulchro domini in Auinionem diuertitur et Cistrecien ordinem professus illic longo tempore mansit Tandem Cistrecien ordinem perosũs in Auinonem se contulit. Et in Monasterio Sancti Remigij. ordinem Sancti Benedicti habitũ gerisecorum in ingen comitato vsqȝ ad Annum Domini M Lxxxiii mansit. Morte tandem Casimiri Poloniæ Regis tarde licet audita in Poloniam se conferens plurimis se et alios malis inquinauit et inuoluit. Et dum aliud consequi et obtinere apũd Regem Poloniæ et Hungariæ Ludouicum per intercessiones neptis suæ germanæ ex sorore Elisabeth Reginæ et consortis Ludouici, non posset decem milibus florenoy a Ludouico Poloniæ & Hungariæ Rege venditionis nomine receptis, et inaniter consumptis etiam Albatiam quandam San-

Eti

cti Benedicti a rege Ludouico in Hũngaria satis pingue et ventuosam obtinuit & secundum aliquoy assertiõm dies suos illic consumaũit.

Prussiam Prutheni Prũssiam Lithuani ingressi eas spoliis ac cædibus complent.

Comendator de Balga Frater Eluar comperato exercitu Russiæ bellum infert, & terram Wolinska vastare aggressus usqs ad Kamienicz grassatus est, patrata aũt cede et congestis captiuis & pecore Balgã rediit. Quadragesimali aũt tempore Kiejstut Lituaniæ Dux omnes vigiles. Cruciferorum fallens, per deserta & nemora Prũssiam ingressus, circa Villam Biterstein, aliquali mora facta, hostalitate in Christianos Barbarica usus plures aut occidit aut capit. Ab exploratoribus vero sũis certiõr factus, de Cruciferorum exercitu in sui comprehensiõm collecto, in syluas & deserta illico refugit

relictis insidijs in locis opportunis et abditis, si Crucife-
ri insequi fugientem auderent. Comendator itaq; de Bran-
deburg qui ducebat exercitum insidias incidere veritus
persequi Ducem Kieijstuth destitit.

Brigida Scta Scotiæ Regina moritur de cui-
ius Canonisatione Ro-
mę agitur.

XXii Julij Beata Brigida Scotiæ Regina mori-
tur, pro cuius Canonisatione coram Gregorio Vndecimo
in Consistorio publico, Magister Matheus de Crac. in-
signem fecit propositiom virtutu eius et actionu essere-
do miracula, quæ constabant illam in vita & in mor-
te egisse, dignamq; quæ in cœlicolas transferetur nume-
rum ducens. Cuius etiam & in præsentiar sanctitas est
in Catholico orbe et signanter in Poloniæ Regno, celebris
et ordo illustris.

Repetens.

Repetens Ludouicus Rex a Polonis censũ siue Poradlne quem cum ipsi Casimirum sibi donasse allegarent, obtinuit tandem ab eis, vt filiæ eius Maria et Heduigis illi in Regnum succederét et denuo à censũ illos liberauit duobus tantummó grossis pro laneo & toto Poradlne sũ: per bonis pionachorum relictis.

Annus Domini 1373.

Largissimis & integris Regni Poloniæ introitibus Ludouicus Hungariæ & Poloniæ Rex parum contentus, qui nemini ante illum Poloniæ Regũm integriores prouenerant, Vniuersos Pontifices, & Barones, et quoslibet Regni Poloniæ, Proceres monet per Officiales sũos

atqꝫ præfectos et requirit. Ne thesaurũ Regium et cen:
sum diminuant, ne se Casimiro Poloniæ quondam rege a:
uunculo suo inferioris depressioriꝫq conditionis pũtent:
Et tributum, ratione vniuersalis Dominij, de quolibet pos:
sesso lanco. solui pro Camera Regia solitum. ad sex scotos
latorum grossor. vnam mensuram siliginis et unam auene
se extendens (quod Krolestwo id est regalis Censũs aut
Poradlne nucupari consueuit.) etiam sibi iuxta vetustam
legem et obseruantiam, usqꝫ ad tempora sui regiminis cũ:
stoditam, et in praxi habitam, persoluant. Prælati aũt et
Barones Poloniæ solutionem tributi nõ secũs quam pestis
cuiusdam et seruitutis, agros eorum et villas colonos ma:
gnopere demollientis onũs execrati, respondent, Benigni:
tate Casimiri Regis pro suis in eum et regnũ meritis ã
tributo huiusmodi se et agros suos solutos et libertatos
esse Et censum huiusmodi perpetuo aboleuisse Hũiuscemodi
autem responsione ad Ludouicum Regem per speciales nun:
tios transmissa. Rogatus est Lũdouicus Rex frequenti
prece et instantia a Polonorum legatis, ne libertatem su:
persolutione tributi præfati a Casimiro Poloniæ Rege auũ:
culo suo donatam, violatum et abrogatum iri contenderet:

Quinpotiũs

Quinpotius gram semel factam ratam perpetuo esse sineret. Et eam pro futura subsistentia et robore literis confirmaret. Et rex quidem Ludouicus de meritis & qualificatiõe huiusmodi negocij, a nonnullis Polonis præfectis et Curiẽ suis informatus respondet. Prædecessorem quidem et auũculum sũum Casimirum Poloniæ Regem, de relaxando abolendoq3 tributo Poradlne, pollicitatiõm Prælatis & Baronibus Poloniæ fecisse, nunquam impleuisse, et contraria obseruantia atq3 exactione vsq3 ad diem sui obitus producta, sponsiõm ipsam et temerasse et rescidisse. Non tn se abnuiturum Quin pro Regni Poloniæ et Prælatoꝝ Baronum et Procerum eiũs incremento et cõmodo, noua sua concessione, atq3 dono tributi præfati in parte maiori in signum dominij minori remanente, relaxatio subsequatur. Dummodo Pontifices Barones, et Prælati proceresq3 Regni Poloniæ sibi volũit esse morigeri, & nouis pactis nouisq3 literis, filias suas Mariam & Heduigim se pro hæredibũs habituros, et ad possidendum Poloniæ Regnum, admissuros obligent, prioresq3 suas promissiones & pacta, tempore Casimiri Regis de filijs duntaxat Lũdouici, et Joanne nepote suo, filiõ Andreæ in auersa per

Joannam consortem suam Reginam Siciliæ impie occiso, filijs deficientibus, inita quæ stirpem filiarum excludebant etiam ad filias extenderent. Postq3 Lūdouicus Rex ipse orbus filijs Joanni insuper Nepote germano in Slauonia Diū cem a Ludouico creato filio Andreæ Regis Siciliæ fatis absumpto, duas tantummodo filias Mariam et Heduigim relinquebat. Pontifices itaq3 Barones et Proceres Poloniæ, graue et onerosum tributi præfati Poradlne iugum et suis et successorum suorum ceruicibus excussuri, in conditiōm a Ludouico Rege petitam consentiunt, et alteram ex filiabus Regis eo mortuo pro hærede se susceptūros. Ludouico Rege tributum Poradlne per lrás relaxante, et non nisi ad duos grossos in signū dominij restringente, astringunt. Pontifices aūt Regni Poloniæ cum suis capitulis, donatiōni & relaxatiōni superiōri per Casimirum Poloniæ Regem de prædicto tributo factæ, que omnem solutiōnem tollebat in hæredo, etiam duos grossos in signum dominij relictos, soluere detractarunt. Monasteriorum Colonos et rusticos ad solutiōm integri tribūti regijs præfectis relaxatione Ludouici Regijs, non obstante illos cogentibus, a quaquidem tam euidenti iniuria loca religiosa, quibus huius non inferebatur

violentia

violentia parum tunc fuerunt à Pontificibus se et suo modo tueri satis ducentibus, defensa.

Ioannes Posnanien Epus fatis abrumptus

cui Nicolaus de Kurnik sufficitur

xiiii Februarii. Ioannes de Dolina Epus Posnaniensis, in Villagio Eccliæ suæ Sthibikoro ex idropitico morbo moritur et Posnaniam adductus, xxii eiusdem Mensis in Eccl̃ia Posnanien ante altare beatæ Mariæ sepelitur vir singulari clementia et liberalitate in oppressos et egenos insignis Et qui Posnanien Eccliæ introitus aũt locando aut coemendo villas, et Oppidum Dolsko fundando auxerat, altera aũt postquã corpus Episcopale humatum fuit die Nicolao de Kurnik Præposito S. Mariæ in Cracouia, et Canonico Posnanien, decretorum doctori dirigente qui ad nutũ suum tribus ante diebus quam iusta funeri solũerentur, administratores sibi fauentes ordinauerat. non vocat absentibus, celebratur, per scrutinij formam Electio. Veldum eligentium vota, in Troianum Præpositum Posnanien

et præfatum Nicolaum de Kurnik fuissent diuisa, septem compromissarijs Rex committitur, ex quibus dũm quatuor in Nicolaum Kurnik vota direxissent, Nicolaus ipse de Kurnik electus pronunciatus est, tribus reliquis arbitris ad quatuor accedentibus. Cuius dum Electiõm Ioannes Gnesnen Archiepus, ob quasdam simultates et odia confirmare abnũeret, Nicolaus electus in Auinionem ad Gregorium xi se personalr conferens, quamuis et Ludouici Vngariæ et Poloniæ Regis, Cuius pro sua electione negle: xerat obtinere consensũm, et alioq prouocationibus impediretur et lris, et suam electiõm a Gregorio confirmari, et se in Epũm consecrari obtinuit. Et Posnaniam pro die Sancti Martini reuersus Epatum Posnanien eotunc nullo impedire auso, quiete, possedit.

Comendator de Insterborg cum pedestri et equestri agmine Lithuaniam ingressũs, ad districtum Veygor perueniens, Igne et cede cuncta peruastat, et cum spolijs captiuisqs in Insterborg redijt. Consurgunt omnes posthac Comendatores Prussiæ in arma et terrã virfungen et Viegor, Duce Gothfrido de Thilia Marshalco Prussiæ ingressi, omnia

omnia ferro et igne vastant, septingentosq3 captiuos ex Lithuania in Prũssiam ducunt.

Vladislaus albus Ducatum suũ Gniewkouiẽ ambiens Castr. Zlothoria inebriato per suos Capitaneo capit.

Annus Domĩ 1375.

Anno plusq3 vno, Vladislaus albus Gniewkouiẽ Dux stipe aliena Bodzcae de Drzdzeń alitus exacto cum spei, sibi per Sandiuogium de Subino Capitaneũ, et maioris Poloniæ Barones, de grã per Ludouicum Regem monstrandã factæ, effectus non respondisse, et ipse graui egestate hospiti etiam suo Bodzcae et Drzden grauis et fastidiosus existens, vrgeretur ad recuperandũ ducatũ suum Gniewkouiẽ studio pertinatici pluribũs suasoribũs, animũ

suayte irritatum inflammantibus intendit, non ẽ machi: nationes sũæ adeo fũeræ tectæ et secretæ, quin in publicũ non prodirent vulgaueratqꝫ præcurrens omnia fama Du: cem Vladislaum album aliquot ex Castris quæ olim suæ ditionis fũerant, dolo vel uirtute interceptõrum. Quo rumore Sandiuogius de Subino Maioris Poloniæ Capi: taneũs. Sub cuius potestate et cũra Castra a Dũce Vla: dislao Albo occũpanda constiterant incitatũs. Ne Dux ipse machinationes suas impleret prouisurus. Cristinũm de Skrzipino Militem, sororem suam pro Consorte habentẽ. (Grauis enim iam tam amis quam his quæ ferro adminis: stranda erant, excesserat) Et ad dispelendũ denunci: atum periculũm minus idoneus videbatur) a Castri Flothoria cui Sandiuogius Capitaneus magis timebat am: mouere. et Castrum magis alteri apto et industrio comitte instituit. Sed Cristino de Skrzipino destitutionem sua grauius ferente, et allegante non conuenire suo honori. Et in tempore periculoso et difficili velut inutilis & ineptus a Castri tenuta debeat excludi. Sandiuogium Capitaneũ et suis et Consortis suæ precibus peruincit. Ne ipm tam notario deturpet dedecore. Omnem insuper

metũm

metũm et sollicitudinem Sanduiogiũ Capitaneũm de Castri sibi
crediti ammissione deponere iubet, astruens se illud ab omni inua:
sione, interceptione, et periculo hostili probe seruaturum. Cor:
rupti interim a familiaribus et exploratoribũs Ducis Vladi:
slai albi pecunia et promissis piscatoriam exercẽ artem, &
sufficienter ab eis de prodendo Castro Zlothoria instrũcti,
In Castrum Zlothoria aliquot vasculã vino meliori im:
pleta ferentes, Cristinum Tenutarium illo inebriaturi, quem
nouerant ebrietati deditũm, perueniunt, et vino præsentato
à Cristino suscepti fauorose et consedere iussi, quod attũ:
lerant vinum in comune cum Cristino potus auido hau:
riunt, quo breui epoto, aliud rursũm in quantitate maiori,
ex Thorun ordinarunt propere afferi. Nec prius inde di:
scedũnt, donec uiderunt ex bibitione forti et continũa, Cri:
stinum in ebriatum, et hebetatum fore Cristino itaq; in
grauem soporem ex ebrietate nocte in sequenti solũto, fa:
miliares et exploratores Ducis Albi Vladislai, scalis ap:
positis, Castrum Zlothoria in die assumptionis Beatæ
Mariæ conscendunt, et tam Cristinum Tenũtarium, quã
plerosq; suos familiares, ex potatione hesterna vix ex:
perge factos captiũant. Dũcisq; Vladislao et Castro Zlo:

toria ab eis interceptum, et Cristinum eius tenutarium vin:
ctum præsentant, Dux aut Vladislaus albus suo potitus
desiderio, Castrum quidem Zlothoria, multis uagis, inopi:
bus, alieno ære grauatis aut damnatis per iudicia ad illum
ex templo confluentibus, valido firmat præsidio, Cristinu
vero Militem in Sandiwogij Capitanei odium et exacer:
batiom, diro torquet carcere, a quo tandem Sandiuogio Ca:
pitaneo liberatiom suam negligente, et suam sepius illi
exprobrante ebrietatem et desidiam, alijs amicis agentib.
Quingentis sexagenis solutis, pro quibus in omni vita
residua sufficiens vinum si sobria mens affuisset, po:
terat habuisse, redemptus et captiuitate solutus est.

Vlrichus de osten ferens Vladislao albo opem Castr. Gniewkouien capit, postea ipsum Vladislaum deserit.

Laturus Vladislao albo Duci solatia quarta die

die ex quo Castrum Slothoria interceptum est. Vlricus de Osten. filius Bodecze et Drodeñ ducens secũ aliquantos equites et pedites aduenit. Qui Iuuenis impiger fortunam Ducis Albi enixius promotũrus, Castrum Epale Racziasz accedens, Campanili et Stuba que cominus Castrum sitta erant conscensis. Castrum fortissime impugnat, Sed Castrensibus stremũe se et menia defendentibus, inde repulsus uersus Cniewkow contendit, et Castrum Cniewkowiẽ graui impugnatione ugxsare cepit. et licet eius Tenutarius Geruardus et Slomewo fortiter cum suis restitisset, et Vlrici suorumqz fregisset et elisisset impetus et conatus, Oppidanis tañ Cniewkowiẽ vlricum adiuuantibus, et magnos palearum et Sarmentorum aceruos circumquaqz Castrum congerentibus. Impugnatione Castri omissa, igne, paleis et Sarmentis supposito. Castrum quoqz Cniewkowiẽ licet enixissime a Geruardo suis defensum, ventos flamas instructas adiuuante, ignis ardore correptũ est. Quę ne cõflagret, Geruardus cum frẽ et duobus filijs, et alijs duobus et viginti familiaribus, armis quoqz et equis, in Captiuitatẽ Vlrici se dedere compulsus est, a qua per Sandiuogium de Subino Capitaneum, non parua pecuniaria quantitate Duci Via-

dislao Albo soluta redemptus est. Mandantibus deinde Dobrogostio et Arnoldo germanis, Vlricus, ducem Vladislaū albūm, ne de crimine lęse Mtis, quū regius foret subditus, con: uictus, etiam cæteris fribus ignonimiæ notam inūreret. de: seruit, et in propria cū suis omnibus remeauit.

Vladislaus albus Ca: strū Inowlodislau: eñ occupaturus à Iaskone Kmita Ca: pitaneo Syradieñ profligatur et Slothoriam fugiens inde continuas incursiones facit in Polo: niæ regionem.

Ad opprimendum Vladislai Ducis Albi assiduas terrarum Maioris Poloniæ impugnationes, inuasiones, in: cendia, Militarium captiuitates, neces atqs conatus qui eosqs processerant, vt illis per solum Sandiuogium de Sū: bino Capitaneum Maioris Poloniæ non quiuerit resisti. Ioan: nes

nes regni et Jaſko Knita Syradien Capitaneus de domo et
genere Sroeniauitarum expeditione indicta. Cum Militibus
et copijs Syradien versus Uothoriam ab obsidendū illam
veniebat. Militibus aūt et copijs quas ducebat aliud iter
tenentibus. et nullum hostilem respectum, dum in terra Cu:
tauien consisterent, verentibus, Currus sui et suor Militū
cum cæteris impedimentis, à gentibus Vladislai Albi Ducis
capti sunt, et omnibus rebus quas uehebant in auro argento
et cætera supelectili, Dux Albus Vladislaus potitus Ma:
gnos ex eo euentū Vladislaus Dux ausus cocipiens, flumi:
ne Visla superato. Ciues et aggrestes quoslibet Gniewko:
uien et quamlibet imbecillem ætatem ad militandū cogens.
Vniuerso magis quam expedito agmine ad obsidendum Ju:
ninoladislauiam pergit. Sed Jaſko Knita Capitaneus Si:
radien de suo aduentū ab exploratoribus certior factus.
potentijs cum Barthosijo de Veijsemburg Capitaneo Brze:
sten coniunctis, prope Gniewkow illi occurens, cum eo con:
fligit, et facili negotio fundit fugatq3. Dux Vladislaus Al:
bus, ne uiuus hostibus traderetur, per inuia & indirecta lo:
ca, versus Kieslauiam tribus tantūmodo comitatus so:
cijs. festinus et pauidus tendens manus perseguentium eua:

sit, et fefellit. Quo perueniens Equis relictis, nauigio Zlo:
thoriam redijt. Sui vero a gentibus Kmitæ et Bartosij, vsq3
ad Thorunen̄ nauigium persecūti, magna strage aut deleti
aut capti sunt. Nihil tn̄ ea clade Dux Albus Vladislaus per:
culsus, et suburbana Oppidi Junowladislauien̄ et plures
in Cuiauia uillas flammis dedit. Nobilesq3 Ciues et merca:
tores captiuare non desijt. In munitione itaq3 Jaroslai de
Sluzewo et nonnullis alijs locis forte Millitum presidiū
a Sandiuogio Capitaneo Maioris Poloniæ locatū est.
Quo nequicq3 prohibente, captiuationes spoliationes et ex:
ustiones, per Ducem Album et suos non in Cuiauia solum, sed
et in maiori Polonia agebantur.

Hedwigis filia Ludo:
uici Regis Hungariæ
et Poloniæ nupsit Vil:
helmo Duci Austriæ

Alteram

Alteram filiarum suarum Heduigim, natũ quidem minorẽ sed præstantiorem forma Ludouicus Poloniæ et Hungariæ Rex dum se ualetũdinarium et morbis cognouit implicitũ, Vilhelmo Duci Austriæ Filio Lupoldi desponsat. Qui ex Austria in pannonias adductus, sub omni tempore quo Ludouicus Rex vitam produxerat, filiali indulgentia sub oculis et in aula soceri nũtriebatur.

Ludouicus Halicien metropolim et Cathedralem Przemislien

ordinat et à Gregorio xi erigi.

Ruthenorum Regiones à Casimiro Polonorum Rege frequentibus et iustis armis expugnatas possessas et locatas, Ludouicus Hungariæ et Poloniæ Rex pro compercto habens Catholicorum numero et multitudine refertas esse, solemibus nunciis ad Gregorium undecimũ Auinionem destinatas obtinuit. Qui Halicien Oppidũ Archiepali. Præmi

slien et Vladimirien Epali. pro fidei et religionis orthodoxæ et augmento Catholicor in terris Russia degentiu profectu, fuit insignita et excellentia honore. Quæquidem Ruthenicæ terræ sibi ut Poloniæ Regi. quum in ea possessione nunq3 alias fuerit. Morte Casimiri Poloniæ Regis secuta primum prouenerunt. Fuit aut M ad præfatam Metropolitanam Halicien Eccliam recenter a Gregorio Vndecimo erectam. Jacobus natione Polonus consecratus. et sedi sua Eccliæ ibidi Greci rittus consignata. Ad Premislien aut Eccliam per Gregorium Papam præfatum prefus fuit. vir religiosus & consecratus. primus Epus Ericus frater ordinis minorum natione Almanus nobilis genere et moribus omnibus virtuosus qui illam pulcherimo ordine regulauit.

Prussiæ Cruciferi Russiam et Lithuaniã inuadunt Lithuani

quoq3 Prussiam tripartito exercitu ingressi cedib. coplent.

Seminata

Geminata expeditione Cruciferi de Prussia in Ruthenos et Lithuanos usi sunt, Maiorsiquidem exercitus in quo erant omnes Comendatores in Lithuaniam. Comendator vero de Rugneta in Russiam cum rariori agmine diuertunt. Uterq; autem exercitus spolijs cedi et exustioni intentus, spolijs et captiuis refertus redijt Interim vero Lithuaniæ Duces vcz Otgierdus Kieystuth et Swiderke cum proprijs et auxiliaribus gentibus in Prussiam intrant et tripharia diuisi, Otgierd quidem districtum Wyelow Kieystuth Taplarkicij Sriderkie Insterborg, igne cedibus et spolijs uastant, et crudeli cede in Catholicos grassantur. Occisis aut noningentis Christianis, Castro etiam in Insterborg expugnato et adusto, magnum captiuorum et spolioꝝ numerum, in Lithuaniam nullam resistentiam, aut offensam experti retulerunt.

Secunda deinde Mensis Julij die Ceruardus Comendator de Rogneta cum exercitu proprio et de fratribus ordinis collecto, per vnam partem Frater vero Theodoricus per alteram partem Lithuanorum terras ingressi. Cædibus et spolijs diebus aliquot, nullam experti penitentiam vexabant. Comprehensis quoq; Centum quadraginta captiuis in Prussiam reuertuntur.

Crescentes vires Vladislai Albi Sandi-
uogius Capitaneus
curam reprimere illũ
in Zlothoria obsi-
det tam diũ donec ipse se dedit. et Hungariam
ad Ludouicum Regem iuit, a qũo pro contentatioẽ
x millia flor. et abbaciam accepit ibi non diu mora-
tus ad primum rediens Monasterium ibi vitam fi-
niuit.

Annus Domini 1376.

Dispendia grauia et assidua, quæ per Vladislaũ
Album Gniewkouien. Ducem et suos Cuiauiæ et Ma-
ioris Poloniæ terris ex Castro Zlothoria inferebantur: Cre-
scente indies maleficorum et rapto furtoq; viuere asuetorum, ad
illum

illum confluentium numero Sandiuogius de Subino Capitane:
us Maioris Poloniæ intelligens, per præsidia frequentia quæ
in plerisq3 locis posuerat coherceri, et sedari non posse, ex:
peditiom omnibus Maioris Poloniæ terris indicit. Ducem Ca:
simirum Stetinen et Dobrzinen requirens ut et ipse cum suis
gentibus ferret solatia. Quo suam pollicitante operam, mot
Sandiuogius exercitibus. Castrum Tlothoria cum Bartos:
sio de Visemborg Capitaneo Cuiauiæ et Barthossio de So:
kolowo obsidione vallat. Quibus Casimirus Stethinen et
Dobrzinen Dux cum potentia gentium suarum in subsidiu per:
sonalr aduenien, ampliori obsidione obsessos terruit, appli:
catis itaq3 et admotis machinis, cæterisq3 expugnationu
generibus pulcherrimi Castri à Casimiro Rege Poloniæ pro
decore et defensione patriæ cocto latere extructi parietes,
turres et menia nocte et interdiu quatiebantur. Sed obses:
si facto ex Castro per naues clandestino et nocturno de:
scensu obsiden et eos præcipuæ, qui longius a Castris pro:
gressi pabulatum ijssent et qui in Castris solutius seges:
sisent uehementer lacessebant. Erat apud Ducem Albu
quidem Molendinator in Castro Hanko Brzesten molen:
dini hæreditarius possesor, qui ab eodem Duce in prima Ca:

strorum interceptione captus, et ad simplicem dimissus sponsionem dum moneretur ut sponsionem impleret, illeq3 Capitaneum suum Barthosium de Geijsumberk consuleret, qui consulere dissimulans, ipm suo relinquebat arbitrio spontaneus, sub obsidionis tempore, gentibus Ducis Vladislauij Albi ad conducendum illum venientibus, quadrigam pro eo missam conscendens captiuati se, quæ per prima pacta exsolueret repræsentat. Cuius et alterius Molendinatoris, qui Castrum Zlothoria prodiderat, arte et Ministerio machinæ et tormenta in obsidentem exercitum ex castro torquebantur. Veritus itaq3 Hanko Brzesten Molendinator, ne ea res sibi aliquando noxe fieret, et ne pro lato hostibus suffragio, quum probe nosset Ducem Album diuturnam obsidionem victualibus deficientibus laturum non esse. Molendino Brzesten priuandus veniret. De Castro Flothoria tradendo, cum Sandiuogio Capitaneo Maioris Poloniæ per internuncium paciscitur: et illi claues a port et Ianuis Castri apud se consisten obligat transmissurum. In suspitionem vero uehementem ex nonnullis signis apud Ducem Album adductus, capitur, et tormentis fateri veritatem compulsus, futuram Castri traditionem ex ordine edicit. Dux itaq3

Albus Vladislaũs generum Hankonis, cum clauibũs de tem:
pore et hora, quo Castrum receptarus cum illo conueniat.
Latũs plurimum conuntio Sandiuogiũs Capitancũs, non
eam Duci Casimiro Stetinẽ et Dobraincẽ non Barthossio
de Visemborg iudicat ne futuri Castri conquisitionis fama,
Brauium, ad plures quam ad se vnũ perueniret et gloria.
Sed Hankonis genero a se cum instructionibus dimisso.
Assumptis magis animosis Militibus sub horam de qua
cum Hankonis genero conuenerat, ad Castrum venit.
Janua itaqs per clauem reserata, viginti sex Militibus
ingressis, Sandiuogio Capitanco cum residuis foris ad:
huc se continentibus. Vladislai Ducis Albi Milites, in
frequenti numero ad exequendum id munus positi cratã
ianua impedimtem et duobus saxis pro vno et celerius
deorsum curreret ingrauatam, demittunt. Cuius mole
Fredericus de Vedel et dominus de Vscoie Mũes strenuũs
et insignis oppressũs, illico expiraret. Cæteri qui intra:
uerant superne saxis obrũti, in Captiuitatem Ducis Albis
venere. Sandiuogius Capitancus plurimum de suoy capti:
uitate et Frederici de Vedel morte anxiatus, tristis in Castra
redyt. Illucescente vero sequenti die Castrum Flothoria

cum vniuerso exercitũ ab omni parte impugnare cæpit. Sed integro diei spatio in huiusmodi expugnatione frustra absumpto, plerisq3 Militibus vulneratis, paucis desideratis, in tabernacula reditum est, graui etiam saxo in ea oppugnatione Casimirus Stetinen et Dobrzinen Dux, ex cassidem ictus, et in Castra relatus, non longo post tempore ex vulnere tunc accepto diem obijsse creditus est. Dux interim Vladislaus Albus, Hankone Molendinatore, et genero suo. Item et his quorum opera Castri Plotoria interceptum erat, pirra publica ante Castrum extructa, inspectante obsidentium exercitu, iustam illi redditurus mercedem. Crematis cum Sandiuogio Maioris Poloniæ et Barthossio Cuiauia Capitaneis de reddendo Castro, quod pertinaci studio videbat ab exercitu Polonico obsideri, deficientibus victualibus famem veritus, componit. Illisq3 gram Ludouici Regis se sibi ordinaturos pollicentibus. Castro cum suis omnibus manu missis captiuis excedit. In ipso aũt excessionis articulo, acutis hastis Bartossium de Veysemberg ludere secum obtinens, a Bartossio graui vulnere sanciatus est. Quo curato per Bartossiũ de Vissemberg et per Bartossium de Sokolowo et in Eorum expensis. In Hungariam

gariam ad Hungariæ et Poloniæ Regem Ludouicum deductus, post plures altercationes et tractatus Ludouico Regi pro decem Millibus florennorum Ducatu suo Gniewkouien vendito, et abbacia in Hungaria nobili, ordinis Cistrecien in qua ad vitam degeret accepta, reconciliatus regi, illic constitit, et residuum fore vitæ tempus illic exegit. Millites, nobiles, Ciues, et aggrestes in Regno Poloniæ qui illi adhęserant, et suffragia tulerant, a Capitaneis Regiis ob facinus in Regem et in rempub: capti et post carceres ad vincula exactionati egestatem supremam subire, principe cui inseruiebant gemitus eorum et querelas non audiente nec ferente præsidium, coacti sunt.

Habitationem deinde apud Pannonios Dux præfatus Vladislaus Albus perosus, relicta Abbatia in Burgundiam transijt. Et apud Monasterium Diuionem degens, non sibi aut ipsi solum sed etiam funeri voluntarium indixit exilium, ibique non solum sistendum, sed et moriendum duxit. Conducibilius ratus, post tam amaras salsedines, quas in patria pertulerat extra natale solum euum residuum traducere et facinora enormia, cędes et homicidia, quibus se in Polonia agens inquinauerat, salubri pęnitentia diluere.

Post mortem Przc-
czlai Vratislauiẽn
Cpi Theodoricus e-
ligitur qui cũ Auini-
onem Papam pro cõ-
firmatione peteret cõ-
firmatio differtur &

nuntius pro emungenda pecunia Vrat. mittitur ac-
ceptisq3 3. millibus sedem vacare biennio promittit
ac fructus percipit.

Vratislauiẽn Przeczlaus de Pogorzala Cpus secutus.
In quadragesima medio moritur. Qui annis triginta
quinq3 in Vratislauiẽn sede vtile praesedisset, et in Ec-
clia Vratislauiẽn, in capella mansionarior sepelitur. Quem

asseritur Joames cæcus Bohemiæ Rex ob veteres simul-
tates et odia veneno sustulisse. Qui ā Bolcslao Legnicēn
et Bregēn Duce Castrum et Ciuitatem Grotkow, cum
suo districtū in sortem Vratislauiēn coemerat Qui Colle-
gium Mansionariorum in prædicta Eccliā Vratislauiēn
et duodecim pauperum laicorum stipem singulis diebus
et amictum animum sumentium conuentum in Nissa funda-
uerat et dotauerat. Qui Eccliam Vratislauiēn murorum ædi-
ficijs piscinarum structuris villarum emptionibus et
locationibus vasis aureis et argenteis, ornamentisq; &
decoris variæ suppellectilis adeo ornauerat, extulerat, ma-
gnificauerat, ut vulgari fama vocitatione et nomine aureus
Epūs vocaretur. Prælati aūt et Canonici Vratislauiēn Ec-
cliæ, dicta die pro futuri Pontificis electione Polonis viris
idoneis et virtuosis de suo gremio contemptis Theodoricū
Bohemū Decanum Vratislauiēn, qui de Decanatu præfato
Albrichum Plebanū Bochnēn et Dobrzinēn Cancellarium
Regis Poloniæ Casimiri, apud sedem Apostolicam orato-
rem et nuntium. Cui tanqs de beneficio reseruato, de illo
prouisum properam, et Caroli Imperatoris Romanoq.
et Regis Bohemiæ cuius coquinæ erat, expenditor, et

Notarius spoliauerat, in Epum eligunt. Quo electionis suæ apud Gregorium vndecim in Auinione confirmatiom Papa introitus Eccliæ quam fama plus iusto singula celebrans, aurea et Pontificem eius mortuum Przecslaum. Magnam auri quantitatem reliquisse, vulgauerat, ambiens, occasione, ex lris Caroli Imperatoris et Regis Bohemiæ. Qui electiom Theodorici multipliciter impugnabat sumpta. Electiom Theodorici Decani confirmari differens. Respondit, non prius se de Ecclia Vratislauien velle disponere, donec ex Auinione Romam transmigraret.

Interim vero mittit ad Vratislauien Ecclia Frem Nicolaum ordinis prædicatorum, Epum Maiorien, vt Vrat Eccliæ fructus et reditus, velut eius curator et gubernator percipiat, et omnia per Przecslau de relicta Camere Apostolicæ reddi ad plenum imperet et procuret. Qui Vratislauiam adueniens, publicato mandato Apostolico, Vratislauien requirebat Capitulu quatenus illius exequerentur contenta, verum capitulu Vratislauien per plures dies re digesta. Quum intelligerent per aligenæ et foren gubernatiom, varia, pericula et dispendia Vratislauien Ecclie prouentura. Cu

nuntio

nuntiam Apostolico Nicolao Episcopo Maiorien hijs pa:
ctis conueniunt ut singulis Annis quo Vratislauien Ec:
cliam uacare contigerit Octo millia florennorum Aposto:
licæ reddant Camere pro derelictis Episcopi Przeczlai Tri:
ginta millia, pro collecta contributione biennali Ecclie Polo:
nicæ imposita, pro sorte Eccliam Vratislauien contingente,
duo millia et pro expensis et fatiga in pecunia huiusmo:
di vrbem ferenda subeundi, vnum mile reddere teneantur:
Eo itaq3 pacto inito Vratislauien capitulum, nuntio Apo:
stolico Nicolao Epo Maiorien Triginta tria millia floren:
norum sub vno die et tempore persoluit, et Gregorius Pa
pa et præsentis pecuniæ summa, Manibus sui nuncij co:
signata, et futurę quantitate illectus Theodorici Vrat
electiones, etiam Romæ illum de sua confirmatione fre:
quentius sollicitanti prouidere distulit. Sed Eccliam
Vrat a tempore suæ vacationis et Przeczlai morte, plusq3
biennio fructus percipiens ex illa vacare permisit, animo
et intentione maiores sumptus ab Ecclia Vratislauien
emuncturus.

Iaroslaus de Skotnikij Archiepus Gnesnen moritur vir illa sede dignissimo

et edificator Ciuitatum & Castrorum pracipuus.

Duos Pontifices Posnanien et Vratislauien Tertius illoq; quondam Metropolitanus Iaroslaus de Skotnikij, qui ex Gnesnen Archiepatu cesserat sequebatur. Qui plenus dierú habitatiom Monasterij Lauden perosus, in Calish veniens. In Archiepali domo sedecima Septemb. moritur, et vigesima eiusdem Mensis. In Gnesnen Eccélia in capella ab eo fundata et dotata, iusto honore sepelitur. Oppidi Kamien in metis Pomeraniæ sitti primarius fundator et Zneinen instaurator, hic ornandá amplificandamq3 tam patriam quá Eccliam, Castra Louicz Oyatow Vniejow Kamien. Item Ecclias Gnesna

in Vnieiow Kurzelow Opatow Kalisz. Item Curias Gne:
snæ Lanciciæ in Vielun in Calisz pulchro et sūptuoso
moro construxit districtum Louicen desertum pene
(ut pote qui non nisi duas marcas habebat in censibus)
reperiens locatum et populatum. octingentas fudentem de
annuo censu marcas reliquit. de quo etiam fertur memo:
rabile illud factum. qd dum in Bonomen studio (cuius
ipse in tempestate rector vltra montanus extabat)
Angelicus studens, pro adulterio cum quadam muliere,
marito in facinus ob egestatem vltro assentiente da:
mnatus capite esset. studium ex Bononia autoritate
sua, cui tunc illico paritum est transtullit, nec prius re:
stituit, donec a Ciuibus Bononien in remedium Anglici da:
mnati Capella specialis erecta est. et perpetua dote prouisa
est. Sedit in Gnesnen sede Annis quatuor et triginta. post
cessiom vixit annis duobus. vir magnus consilio, prospe:
ra semper vsus fortuna, nec liberalitate inferior. Qui Ec:
clesiam Sanctæ Mariæ in Kalisz denuo instaurauit. Cui
et contulerat duo prædia in dotem vnu in Thiniecz aliud in
Dobrzicza. Item vnu hortu ante valuam qua itur ad Vrati:
slauiam. Fertur et illud de præfato Jaroslan factum sin:

gũlare et mirabile. Moriturus enim mandauit vt non hostio Eccliæ sed foramine dirũpto in Eccliam Gnesnen. sepeliendum corpus suũ inferretur. postq3 nõ hostio, sed aliunde Gnesnen Eccliam intrauerat. qd et factum est et murus meridionalis in parte capelle ab eo fundate disrũptus sui mandati et disruptionis ostentat iudicium.

Contributio per nunciũ Papalem petita Synodo etiã Epõrum conceditur.

Nicolao Episcopo Maioricen nuncio Apostolico contributiõm. biennalem ab ecclia Polonica petente. Joannes Gnesnen Archiepus Synodum apud Vnicow pro diu Natiuitatis Sanctæ Mariæ indicit. Quo sbiluto Vladislauien Boleslao Plocen Epis in personis proprijs. Caeteris vero per nuntios conuenientibus sancitũ atq3 diffinitum est, vt quælibet dioc pro sua rata dioc Aposto:

licum nuncium contentet. Prædictus itaqꝫ Nicolaus Maio:
rinen Epus rigore quo pm uti cœperat laxato, quantitatem
de marca ucꝫt qualibet taxæ Papalis duos grossos recipere
consensit

Regina Elizabeth iter ad gubernandũ Regnum Poloniæ reuertitur et Iagiello ac Vitoldus cũ alijs

Ducibus Lithuaniæ facta magna incursiõe
in Poloniam illam inter Ssan et Vislam prę:
dantur & uastant nomine resistente:---

Elisabeth senior Hungariæ Regina vexata
et afflicta penitudine uehementi, qd Poloniæ Regni gu:
bernacula propter eiusdem Regni frequentes comotiones

et disturbia perosa. Ea filio suo Ludouico Regi amo su:
periori, notabilibus introitibus in Regno Dalmatiæ à filio
contentata, reddiderat: rursum sibi ea dari obtinuit, etiam
non sine contumeliosa exprobratione: prudentius, an patien:
tius dinosci non poterat. Rex tullit comitti. In comitatu i:
taq; et apparatu, licet octuagenaria, ingenti et splendido
Poloniam reuersa mandat Baronibus et eam matronis, intro:
itum suum circa Sandecz excipi. qd cum obedienter ex:
pleuissent. Sandomirien terræ Barones illi in Bochniam ad:
uenienti denunciant, se per suos exploratores doctos esse
uniuersam Lithuanor potentiam hostilr ad partes San:
domirien inuadendas conspirasse, et inuasiõm earúdem
improuiso propediem prouenturam. At illa mũliebri ani:
mo nil pensi super denunciato et imminenti periculo ha:
bendum rata, respondet Baronibus, nõ eos solicitos esse
oportere, filium suum Ludouicum Regem et fretum poten:
tia et tam validum et extensum gestare brachium,
ut non Lithuani solum, sed et uniuersæ in circuitũ natiõ:
nes ad eius nomen contremiscant. Eo verbor fastũ,
uaporem ad modicum tempus continente Sandomirien
Barones in defensionis et promissionis vicem a Regina

Elisabeth accepto quasi verbis non armis uincendi essēt hostes, securos se deputantes, in denunciatū periculū incidunt. Duces enim Lithuanorū Kieystuth Jagiello Vithawdūs. Ex Troki et Wilno et Grodno. Item Lubardus de Lūczsko et Gregorius de Bełz, per Lublinen terræ uastas, solitudines citato agmine et sōlenti luna semipleno lucente orbe, noctu iter agēn interdiū vero, in locis dumosis, et in peruijs latentes, vsqz ad flumen Szan scda Nouembris die perūeniunt. Quo superato populatiōm longius quo posseint cede mixtam extendunt. Trucidatisqz senibūs, sacerdotibūs, et impuberibus vniuersam oram inter Vislam et Shan fluuium sittam, vastant, et magnum numerum vtriusqz sexus hom, cum præda et pecore in seruitutem Ecclijs exustis abducunt. Tardius illorū irrūptiōm ad villam suam Baranow Petrassius filius Sczani germani Janussij Archiepi Gnesnen dinoscens. Quamuis euadendi neqz locus neqz spacium superesset, animo tn forti et nihil sūbita inuasione hostili deterrito. Arrepta cōiuge et paruulo infante nondum baptisato, equoqz cui insidebat impositis, per medios hostes exiliens, fluctibus Vislæ fluminis Lithuanis illum persequentibūs et frequentis-

sima

sima tela contra eum iacientibus se committens, hostilem
captiuitatem euasit. Michaelis de Tharnow Castellani
Visliciẽ relicta, in ipso articulo quo in Villa sua Mielia-
wiess ad excipiendum Reginam Elisabeth in apparatu
magnifico Cracouiam processura. superuenientibus Li-
thuanis egre in satellibus suis defensa superata Visla
Sandomiriẽ deducta est. Plures tñ ingenuæ Matrone
cum liberis captæ. Accepto de tam fausto euentu Elisa-
beth Regina nuntio, anxietatem spiritus vultus hila-
ritate tegere et dolore, magnitudinem in pectore Polonor.
cohortam frustra solari conata est: astruens filium suũ
Ludouicum Regem celerrime irrogato à Lithuanis malo
subuentũr. et Lithuanis ad restitutiõm captiuor. et ab-
latorum artatur. Verum ad id genus belli quo Lithuani
utebantur, per genus repressionis erat necessarium, Li-
thuani enim in forma prædocinij expeditiones suas agebãt,
præda rapta syluis nemoribus, locis palustribus et inuijs
se condebant, et Polonicis cedendo legionibus raro in di-
micationis veniebant discrimen. Quas ũbi discessisse
senserant mox agros Polonicos eodem quo prius tenore
incursabant, vicissitudinariosq3 ludibrio nũc quietem

ostentabant, nunc bellũm. Quæ tam insidiosa vexatio Polonos pluribus incõmodis affecerat, a quibũs nec recipro cum bellum, vndis, limosis et fluminibus obstantibus, agi poterat, nec illatũ diffugientibus Lithuanis refelli. Nouenerant enim vires suas Lithuani, nõ secũs quam sũbitis incursionibus fælicius sibi bella prouenire, segs Polonis nisi ea bellandi arte quæ multas passim diffũdẽ cum præda aufugeret, gm quæ in vnam exercitus molem coiret et pugnandi copiam faceret, posse sũperiores fore, paludinosis insuper locis inclusos atqs syluestribꝰ, ad hæc insũper iugi rigentibus frigore, inclũsos, fluminibũs etiam et lacũbus stagnatos difficiliũs aliquanto videbatur adire quam vincere. Quos etiam Polonoꝝ segnitiæ et diuisione, magis aũdaces constabat fuisse, et robustos, quam propria virtũte.

Prussiæ Magi sex districtus Lithuaniæ spoliat et exurit.

Henricus Prussiæ Magr, intelligens Lithuanos in Re:
gem Poloniæ expeditione occupatos, in terram Samagittię
proprium duntaxat Millitem ex equite et pedite lectũ
traducit, ubi nullo prohibente districtus vcz̃t Miedniky
Ezoglen Aruisten Rozgein Gęzow et Pastow, cęde et
flammis vastat. Castrum post hæc Kowno oppugnare a:
dorsus, dum in illius oppugnatione pleriqz notabiles Mi:
lites de ordine cecidissent clade suscepta, et Castro in:
expugnato relicto, Marsalcum cum decem millibus ar:
matorum mittit. Qui vniuersam regiõm ad Niemien fluuiũ
sittam, domollitur. Quo reuerso cum multitudine capti:
uorũm Prũssiam remeauit.

Oblitã uastatiõm
regni Regina dum
choreas tractaret
Iasko Kmitha de

Wisnicze Capitaneus Cracouiẽ addirimendã differentiã inter Hungaros et Polonos missus ab Hungaris interficitur

Cuius amici eo die omnes Hungaros interficiunt Crac sup centum septuaginta et Regina perculsa dolore in Lancicien Capitãm Petro Kmitha in solatium necis prne prefecto in Hungariá redit & gubernationem cedit.

Lugubrem ore ad Sran fluuium sitte vastatiõm per Barbaros Lithuanos patratam Elisabeth

senior Regina de pectore et cogitatione propellens, chore-
as, cantus, et tripudia apud Crat arcem, dū satius lame-
tis, ad propitiandam diuinę bonitatis clementiam vacasse
conueniret, Die Dominico in crastino Sancti Nicolai
instaurat et eorum se constituit spectatricem. Sed mox
superno verbore attrita est. Hungari siquidem qui cum
illa venerant consuetūdine sua et moribus vsuri, plerasq3
currus in Cracouiēn forum cum blado et feno ad forum
ductos occupabant. Id ne suis curribus et feno, quod in
suam domū valuę Bochnēn conterminatam ducebatur
accideret, Przedborius de Brzescze Miles posita familia
quę Hungarorum solitam rapinam arceret, prouiderat, Vn-
garum itaq3 ad occupandum fenum, pro Przedborio ad du-
ctum concurrentibus, et familiaribus Przedborzij defensiom
opponentibus, clamore ab vtrisq3 suos in subsidium voca-
tium sublato, frequenti concurrente, tam Polonorum q3
Vngarorv multitudine, ingens seditio exoritur. Ad q3
sedandam Jasko Kmitha de Wisniczę de Szreniawita
domo Capitaneus Cracouiēn iussū Elisabeth Reginę
equo vectus, et pedestri familia comitatus illico aduc-
nit, et contentiom seditionemq3 illico extinguere molliens

desiderati aut capti. Nec de gentibus Magri pauciores hij presertim. Qui pabulatum eundo pugnant aut insidijs Lithuanorum necabantur.

In Litwaniam triplex Pruthenorum expedicio non sine clade Lithuanorum.

Personalem expeditiom Cunradus de Jungen Prussie Magr parum prospere videns sibi cesisse. Vernerum Temgar Marshalcum. Cum copijs forensium et proprior militum, plures enim ex Galliarum et Almanie partibus ipsis in solatium accesserant in Lithuaniam transmittit. sub tempore hiemali. Qui primum ad Castrum Nowgarthen accedens, exustum illud a Lithuanis reperit, abinde vero usqz in Lidam processit. Sed et Lidenn eius aduentu perteriti Castrum incendunt et diffugiunt. Marshalcus vero populatione extensa

neqs enim superiori tempore profundius quisqs in terrã Lithuanicam grassatus fũerat, magnã captiũor vtriusqs sexus multitudinem cum captiuis congerit, et in Prussiam abducit. Descendit post hęc vice altera Vlricus de Junigen aduocatus Sambingen et germanus Magri, cum forti exercitu propriorũ et externorũ militũ, gloriam et prędam per vastatiõm Lithuanicam quęsiturus. Qui cum apud Rositen consistens prædas ageret perculsus, magno et subito terrore, omissa populatione, et pręda tumultuario itinere rediit. Dux enim Vitawdus in frequenti exercitũ Russiam descenderat, et circa Interborg regiõm omnẽ igne et cęde vastabat, a quo se vinci et intercipi verebatur. Quo abeunte Cunradus de Kiborg Comendator de Balga terram Drohicẽn ingreditur et incautos illos reperiẽns multã prędam congerit, ac tricentos captiũos abducit.

Vigesima secũda Decemb. Henricus Dux Oppolien, du ex studio Bononiẽn reuerteretur grauj infirmitate correptus, diem obijt.

Hedvigim Poloniæ Reginam consortis suæ Ma:
riæ germanorum Sigismundus Hungariæ Rex uisitatu:
rus. XX iiii Julij Poloniam adūenit. Cuius aduentūm
Regina Heduigis præfatam aliquot sibi significatum
nuncijs, iusto honore exceptura, circa Castrum Ritter
illi cum suo celebri et magnifico comitatū occurrit,
ac ab ea in Sandecēn oppidū deductus, plurib. diebus
illic benigne et splendide habitus, singulis etiam et
opulentis necessarijs cum omnibus Militibus suis tra:
ctatus est. Factis aūt varijs tractatibus statum
tranquillum regnorum firmantibus donis, a Regina
Heduigi muneratus magnificis, in sua redijt.

Dux Janussius Masouiæ ædificans Castrū Alothoria à Pruthenis subito inuasus capitur cum multis militibus.

Masouiæ Dux Janussius ad fluenta Narew in

terra et ducatu sortis sũę arcem nouam erexit, quá et appellauit Plothoriam, et dum pro illius consumatione personalr illic cũ militibus suis, quo celerius & perfectius opus peteretur adsisteret, nullas hostiles insidias veritus superuenit repente Comes Rudolphus Comendator de Reijno cum populo multo a Prussię Magro Cunrado de Jũnigen transmissi. Et tam in Milites Dũcis Janussii. ipmqs Ducem quá in eos qui fabricabant Arcem hostilr grassantur. Et arcem quidem quę fabricabatur ex ligno necdũ perfecta fuerat, in suam potestatem redigunt, et omnes illius munitiones flammis exurunt Ducem vero Masouię Janussium, in equa impositũ ligatis sub ventrem equę ducalibus pedibus, quamuis termi representationis eius exigius deposceret. Cum ceteris Masouię Militibus equę vinculatis ad psentiam Magri Prussiæ Cunradi de Junigen deducunt, non veriti contumeliam temerariam & iniquam inferre ducali sanguini. et fũdatoris sui primarij Cunradi pronepoti. Quibus parua videbatur terrarę Chelmen et Ruthenica accessio. Pomeranię vero uiolenta et dolosa occũpatio

Nisi etiam in Masovię regiones sua arbitria, suaqꝫ imperia pro libito extendissent. Captiuitate illius Vladislaus Polonię Rex cognita missis ad Magrm Prussiæ nũciis solui illũ ex templo, questus apud Magrm de perpetui fęderis violatione obtinuit. Et quamuis acerbo animo captiuitatem Ducis sui Jannussij Rex tũlerit, Continuit se tñ ab omni gũerra quam ob tantã, et tam insignem iniuriam et fęderis rũpturam plures anhelabant Ruthenicæ superbię inferri.

Skirgello dux Fratr Regis Vladislai ve

neno necatur

DVx Trocen Skirgiello, Vladislai Polonię Regis germanus Tyrannicum et graue in Ruthenos exercens Imperium, plures illoꝝ capite damnauerat, nõnullos vulneribus diris affecerat, eo quidem subditis intollerabiliõr. Quo crudelitatẽ ipsam dum magis temulentus foret depromebat. Quapropter ab vno

religioso Ruthenorum, licet et ipse rittus Ruthenici esset. In Castro Visegrod prope Kijouiam sito, in poculo quod pregustatum digitto annullari, in quo virus locauerat, in vas immisso infecerat, venenatus moritur, nullam prolem relinquens, et in Pieczari sepelitur, adeo Ruthenis formidabilis, vt etiam post fata timeretur. Grecum rittum abicere, et Romanum Catholicumque profiteri, à Vladislao Rege persuasus Romam se iterum et non nisi illic vtrumque impleturus donauit, propositum tamen eius mors repentina dissoluit.

Rex Bohemiæ à suis et iter à Sigismundo Rege Vngariæ capitur:-

Inormes leuitates exorbitantesque et tyrannicos mores. Quibus Venceslai Romanorum et Bohemiæ Regis pectus refertum fuerat, Barones Bohemiæ facta verbali admonitione crebrius ingesta,

nullū afferente profectum, ne rempub. tam imperij quā Regni ab eo et Consiliarijs suis quos ex leuissimis quibusq3 hominibus legerat pessundatum iri contigeret, Castigaturi aut saltim restricturi, prefatū Venceslaū Regem in oppido suo regio Verona, tribus miliaribus a Praga distante, captiuant, honestęq3 custodię, et loco honesto inclusū, leues Consiliarios ab eo remouent, et vitas maturos, et graues illi adhibent. Quatenus ex eorū sententia et decreto, singula Imperij et Regni administrarentur negotia. Huius captiuitatis Sigismundus Hungarię Rex et Brandeburgen Marchio principalis auctor ferebatur fuisse. Qui per illa sperabat in frē suo Venceslao Rege mores a regia grauitate abhorrentes posse rescindi. Erat enim voluptatum sequax, ac labores fugiens, ebrietatis, et crapule, quam regni curiosior Joannes tn dux Lusacie et Procopius Marchio Moravię magno reipub. malo illum soluerant. Captus fuit et secundo per Sigismundum Vngarię regem. et Alberto Austrię Duci, in custodiam datus. Custodia eius apud vicīniam edib. in quibus degebat. Praga non reliquit. sed cū parū di-

1671.
1089

diligenter custodiretur, fugam arripuit. Regnoq3 rur:
sum potitus est Non tñ mores et vitam mũtauit.

Joannes Kropidlo vi-
den se Archiep̃ at tũm
assequi non posse ce-
dit de Jure ad quã sedem Dobrogostius nominat9
per Papã vero ex Poznanien̄ transfertũr in
Gnesnen̄.

Animaduertens Joannes Kropidło Gnesnen̄ Ar:
chiep̃us et Oppolien̄ Dux et ob scisma in Ecc̃lia Dei,
int̃ contenden̄ de Papatũ exortum, quod indies gras:
sabatur. Et quia Vladislaus Poloniẹ Rex hostem su:
um notorium illum vt erat ostendebat, sedem con:
sequi Gnesnen̄ non posse, sponte de illa cessit, per Pro:
curatores ab eo constitutos. Ad quam Dobrogosti9
de Nowydwor in Masouia decretor̃ doctor. ex pr̃e
Thomislao nobilis de domo Nalencz, à Vladislao Po:
loniẹ Rege nominatus. Posnanien̄ tunc Ep̃us, dum in

sede Posnanien̄ annos xi exegisset, per Bonifacium in sua obedien̄ Papam nonū appellatum, sexto Calendarum Aprilis in vrbe tunc presentem (Vladislai enim Polonie Regis prefati, orator ab eo specialr̄ destinatus, Grandia apud Bonifacium prefatum et signanter confirmatiōm duarū Ecc̄liarū Cathedralium fundationis in Lithuania vc̄st Vilnen̄ et Miednicen̄ a se fundatorū expediebat.) Translatus et suffectus est. Verebatur enim Bonifacius nonūs, ne si in desiderijs suis Vladislaus Polonie Rex negligeretur, ad competitorem suū Petrum de lūna deficeret. Prouidit et tunc ipse Bonifacius Joanni Kropidlo vtraqs Ecc̄lia, vc̄st Gnesnen̄ et Vladislauien̄ orbato de Ecclesia Kamienecen̄ in tr̄a Stolpen̄ satis tenui et p̄anosa, de Ecc̄lia vero Gnesnen̄, ad intercessiōm prefati Vladislai Regis Dobrogostio de Nowydwor, de Ecc̄lia vero Posnanien̄ Nicolao Kurowsky Cantori Gnesnen̄ et Decano Cracouien̄ polō nobili g̃ere de familia Nalencz Srzeniawa. Qui apud Heduigim reginam Polonie familiariatus fungebatur officio.

Vladislaus Rex dolens de donatis terris duci Oppolien illũ hortatur vt Omagium prastet et feudalem se fateatur. Quod facere dum renuit Rex in eum secrete bellũ parat.

Annus dñi 1395.

Fædam et perniciosam terræ Vielunén Dobrzinén et Ostrzeshouién per Ludouicum Hungariæ et Poloniæ Regem, a corpore Regni Poloniæ alienatiõm Vladislaus Poloniæ Rex. Quemadmodum in iureiũrand et inscriptione solemi pollicitũs in assumptione sua in Regnum fuerat restauraturũs. Vladislaũ Oppolién ducem, cui de terris ꝑdictis donatio periudicialis et iniqua per Ludouicum Regem facta fuerat, honesta

requisitio per legatos identiden missos solicitat. Qua:
tenus terras regni Polonię iniuste occupatas reddat,
se enim non passurum ut tam notabilis Regni sui Polo:
nię portio ab eo debeat diuelli. Duce aut Oppolien Vla:
dislao requisitiom regiam varijs refellente, frustra:
teq3 responsis ac astruente donatiom terrarum pdi:
ctarum sibi et suis proximioribus pro meritis et per:
petuo a Rege Ludouico Polonię et Hungarię factam,
non posse, à quoq3 rescindi res et quęstio huiusmodi ni:
hil modestę, nihil quiete, nihil ęque Vladislao Oppo:
lien Duce respondente cępit spectare in arma. Quę
Vladislaus Polonię Rex, omni conditione honesta
vitaturus, nonis Legatis ad eum fatigatis, nouam
quidem illi conditiom sed æquissima, quam non prę:
sumebatur abnuisse proponit, vt ucst pro terris p:
dictis nihil sibi hostile vereatur accidere. Omagiu
duntaxat Regi Polonię pstet et occasione terrarum
prędictarum regis et Regni Polonię profiteatur fe:
udalem, orbus enim Oppolien dux filijs et filiabus
erat, facileq3 et sine bello apparebat terras regni Po:
lonię, ab eo occupatas, et mortuo ad Polonię Regnu

posse recidere. Si viuus oblatam conditiõm impleuis-
set. Sed quum, tam ęquam oblatiõm aspernatus, super-
ba etiam iactantia vsus, neqs Polonię Regem illius
potestatis, neqs se illius pusillaminitatis fore respon-
deret, vt propter terras se et suos nepotes et affines
solido et optimo iure contingentes. Quas sibi a Ludo-
vico Rege Polonię simplex, et omnimoda donata es-
set Qua in eam diem pacifice vtebatur, proprietas
Regis et Regni Polonię consentiret esse feudalis &
vasallus. Vladislaus Polonię Rex reintęgratiõm sui
Regni et p̃dictas terras restitutiõm certo certius ex-
pertus, quietis Consilijs procurari non posse ad belli
Consilia animum deinceps vertit. Et de bello Vladi-
slao Oppolien Duci in sequentis Armi astate inferẽdo,
in secretissimo Consilio, ad qũod non nisi quinqs Con-
siliarij adhibebantur agitare cępit. Vladislao enim
Oppolien Duci, tantus ad scindendũ terras occũpatas
discriminare à Polonię Regno satagens, prope Oppidũ
Zytno, quę vsqs in prędens cernũtur, locaũerit. Qua-
si in sua potestate situm fuerit. Terminos et limites
in Regno Polonię pro libito constitũendi.

Sigismũdus rex Hungariæ cũ multa pacientia Chr̃ianorũ ad inuadendũ Turcã

dum vadit a Baiaz cæsare et profligatur vbi ingẽs iactũra eũenit popũli Christiani:-

Turcorum genti et illius Cæsari Beijzath Sigismũdus Hũngariẹ rex bellum vltro illaturũs, Cum ad id multorũ Catholicorum Principum, et signanter Franciẹ regis et Burgundiẹ Ducis militiam suam sibi in solatium mittere repromittentium assidua sollicitaretur instantia multiplicem, ex varijs gentibũs et nationibus militiã accersit. Et tam proprijs copijs quam exteris frequẽntissimo Comitatũ stipatus, ad Turcorum terras et domĩa ire pergit. In cuius solatium Franciẹ Rex insignem militum suorum cohortem misit. Dux vero Burgũdiẹ Joannes personalr̃ cum gente sua venit. Copijs aũt va:

riaꝝ linguarum atqꝫ gentium collectis in vnū, tam multiplex et innumerosus Catholicorum erat exercitus, vt in eo quintuplex nūmisma à Principibus caderetūr Verum tanto et tam fortissimo exercitui dux erat et disciplina militaris. Nihilqꝫ consulabatur in cōmune, Sed et ipse totius exercitus Princeps Sigismūdus Hūgarię Rex ad quem a singulis habebatur respectūs, nihil qd tanto exercitui salubre esset prouidebat. Sed robore tot gentium tot legionū fretus, hostem adeo contemserat, vt arma sua neqꝫ loco neqꝫ tempore crederet, idqꝫ publice vulgaret, substineri a Turcis posse. Dum itaqꝫ ad opidum Romanię Quod ditionis Turcaꝝ erat Nicopolī ventū foret nūciatur subito Turcorum Cæsare Bijczat alś Calapinū cum potentijs sūis ad decernendū instructum, vix duobus miliaribus abesse. Sed neqꝫ hęc denunciatio Sigismūdū Hungarię Regem ad prouidendum de sūma rei, ad instruendum dum tempus pateretur aciēm promouit. Sed in tabernaculo curādo corpus et quiēti et solatijs dando operā gloriabatur se tanto exercitu septum esse. Quem nedum Turcoꝝ cęsar Bejzath alś Calapinus cū multitudine armatoꝝ adveniēs

Catholicum et Sigismundi Regis sine lege sine ordine, si-
ne armis sparsum exercitum reperiens, quod pleriq3 leui-
tate petulantiaq3 Gallorum et preripiendę pugnæ inso-
lenti cupiditate, actum affirmant. Equum ingregem bi-
dentiu more errante, et Vngarorú primoribus. cú Sigismúdo
Rege ad vada Danubij, qui in propinquo circa Nicapolí
decurrit, vt eo nauibus superato imminens periculum de-
clinarent fugientibus, Galli, Poloni, Almani, Bohemi Bur-
gundi Hispani et nonulli Vngari cum Turcis congressi,
facile ab eis debellati et conflicti sunt: et paud fuga eua-
dentibus, Cateri aut occisi aut capti. Castra exercitus
Catholici maximę oppulentię, a Turcis direpta, Dux Bur-
gundię Joames, dum fedum et turpe fugere putaret. Cum
multis Militibus par decus militię custodientibus captus,
et no nisi biennio Centu florenorq3 milibus redemptus ca-
pti aut desiderati, Galli, Poloni, Bohemi, Almani, Hispani,
Vngari. Tantaq3 clades Christiani exercitus secuta, vt
in valide sint ad scribendu litterę. Quantu robur Ca-
tholici exercitus a Barbaris deletum. Quanti Milites
capti et in miserabilem seruitutem abducti, quantę for-
tunę intercepta. Ex Polonis Militibus vir heroicus, Sa-

sinus Castellanus Vissegraden, cum optimo filio Rolaudo
aduerso pectore fortissime depugnans occisus. Stibori:
us de Styborzicze de domo Ostoija et Thomas Kalsky de
domo Rose Milites in Comitatu Regis Sigismudi salua:
ti Swantoslaus vero miles ex terra Syradien et domo
Lada ortus Sczenija appellatus, dum nauim in qua Si:
gismudus Rex cum militibus primoribus vehebatur co:
scendere no posset repulsus, cum et manus eam intrare
intentibus, ab his qui in illa constiterant amputarentur
verentibus ne nauis multitudine onerata pcipitaretur in
profudu de virtute et robore corporis confisus, in undas
Danubij vt erat armatus ad plium ferro onustus insilijt, et
alueum Danubij in illo loco torrentem et protensu trauado,
sibi incolumitatem quesiuit. Hungarie Rex Sigismudus
omnia turbata videns, veritus ne et ipse viuus in Tur:
corum ueniret manus, pauens et desperans, oequori se
credidit et trepida fuga Hungaris plerisq3 desperatib.
in columem euasurus nusq3 tutum aniue superato con:
sistere ausus, Constantinopolim diuertit. Vbi anno uno
obuersatus, beficio et classe Venetorum Dalmatiam
aduectus, in Pannoniam redijt. Hac tam ingens Clades

tam grandis ignominia, magnas profecto vires et ingẽs robur Turcorum animis visa est addidisse, vt hinc instaũratis animis, audatiores efferatioresq3 effecti, ad maiora patranda animũ sumpserint, subsequenti enim hijeme p̃fatus Baijzath Turcoꝝ Cæsar, copiosum exercitum in Vngariam mittens, eam cędibus et spolijs vastauit, & plura Christianorum vtriusq3 sexus ætatis floridę milia, in miserabilem seruitutem abduxit.

Fundant Rex et Regina Poloniæ Ecclesiã extra muros Crac.

in Arena Cænobium & Monasterium.

Cenobio extra muros Crac. in Arena et Ecc̃lia in titulum et memoriã visitationis nouiter instituti virginis Benedictæ Vladislaus Polonię Rex et Heduigis Regina singulari deuotione, ad amplitudinẽ h̃oris & virginis gloriosę et festi visitationis noũiter instituti permoti, erecto, Ecc̃liam pręfatam regali sũptũ

de mũro

1681.

1099

de muro principiant et in notabili parte consumant. Quã cum illius Cœnobio fratribus Sanctæ Marię de monte Carmeli ordinis mendicantiũ consignant. Quem Albertus Patriarcha Ierosolimitanũs Anno gratiæ Milesimo ducentesimo quarto in monte Carmeli instituerat.

Varia Hungariæ Regina moritur soror Germana Heduigis Poloniæ Reginæ

Die lunæ xvii Maij. Maria Vngarię Regis Sigismundi Consors et germã soror Heduigis Polonię Reginę Bũdę moritur. Qua absũpta Vngarorũ Primates ad sufficiẽdum sibi noũũ Regẽ. Quasi Sigismũdus coniugę mortua rex eorũ desierat, animos intenderãt, at ego ualde iniquũ reor, vt cuiqs feminę, quantũcũqs insigni nõ debeat aptari Maria cũ id solũ excellentissimę dominę nostrę debeat congrũere.

Rex Frãcor. ad uniõm Eccliãm reducere volens de cessione Papã utrũq; requirit. Quã

Benedicto renuente conuentus gn̄alis indicitur in quo Benedictus captiuatur

Francor. Rex Scisma in Ecclia dei moleste ferẽs, Cum sciret utrumq; contendentem de Papatu vc̄st. & Bonifacium nonũ et Bẽdictum duodecimum, ea conditione in Papatum assumptos, vt requisiti in Papatũ, pro vnione Ecclię cederent, per Electores Imperij et Principes Almanię Bonifacium nonũ requirit de cedendo. Qui cum se spontaneum ad cędẽdũ offerreret, etiam Bẽdictum xii ut cęderet requirit, quo renuente et Chr̄ianitati maxima im̄inere dispendia si cederet respondente, tenta fuit in Frankfordia supra Mayum ad procurandũ vniõm in Ec:

clesia geralis dicta. In qua cũ vnio propter contu:
matiam et ambitiõm utriusqs contẽdentis de Papatũ
prouenire non posset, Captiuatur Bẽdictũs xii per
Proceres Franciẹ et in auinione triennio sũbtracta
sibi obedien̄ detinetũr captiũũs. Post triennũ vero
in habitũm dissimũlato ex Pallatio Auinion̄ fu:
giens ad fauces Rodani in nauicũla ad Galeas ex
Aragonia ad cõducendũ eũ prẹparatas veniens, Ara:
goniam deuectus est, Et licet processũ temporis per
medium Ducis Aurelianen̄ Galliarũ obedientiã recu:
perasset, Duce terrã Aurelianen̄ occiso, quã dolis et
fallacijs utendo uniõm facere dissimulabat, Iterum
sibi fuit subtracta.

Rex Vladislaus arma
mouens mittit Cristi
nũ Castellanũ Sãdo
mirien̄ cũ exercitu ver

terrã Dobrzineñ Ipse
aũt cito Wieluneñ et
Ostrzesouieñ terras
ingressus cito oĩa
castra et Ciuitates
capit p̃ter Boleslau iecz
quem septennio obsessũ duce Oppolieñ mortuo
cæpit. Dux aũt Terram omñe Dobrzineñ Magr̃o
Prussiæ in 40. Milibus florennor̃ obligat:—

Annus dñi 1396.

Anno plusquam vno decoctũm agitatumqz secreto cõ:
silium bellum Vladislao Oppolieñ Duci ad recũperandũ
terras ab eo captas inferendũ, Vladislaus Poloniæ Rex
ad consumatiõm votiũa perducturus expeditione gñali

regno suo indicta, Cristinũ de Ostrow Castellanũ Sando:
mirien̄, cũ aliqua copiarum parte, ad conquirendam ter:
ram Dobrzinen̄ simulato consilio, vulgata fama, quasi
illum cum reliquis copiis subsecuturus transmittit. Qua:
tenus ab eo quod parabat bello in alterius rei curam animũ
Oppolien̄ ducis conuerteret. Qui militibus et Terrigenis
Cuiauien̄ in sui adiumentum reassumptis Castrum Bo:
browniki terræ Dobrzinen̄, quod nomine Vladislai Oppolien̄
Ducis Slesita Szari tenebat, obsidione artauit. Quæ res
solerter principiata, hostem Vladislaũ Oppolien̄, nec Ca:
stris terrarum Ostrzeshouien̄ Vielunen̄ et alijs quę pri:
mũ rex Polonię impugnare, decreuerat, prouiderat, disti:
nuit. Et ab omni sũspitione belli ad terras Vielunen̄ &
Ostrzeshouien̄ transferendi auertit, Pro constanti cre:
dulitate Polonię Regem cum Militibus suis quos arma
induisse audierat. Non alium locũ quã Dobrzinen̄ ter:
ram petiturum, aliquanto aũt tempore Cristino de O:
strow Castellano Sandomirien̄ obsidiõm Castri Bo:
browniki continuanti, Magr̄ Prussię Cunradus de Iũ:
nigen cum notabili exercitũ laturus obsessis solatiũ
aduenit. Cuius potentię Cristinus de Ostrow se sciens

parũ nõ esse, soluta obsidione discedit. Rex interea Po:
lonię Vladislaus oim communi et vulgari iuditio pro cõ:
quisitione terrę Dobrzinen processurus copijs conueni:
entibus reflexo mutatoqꝫ itinere ad Castrum Olsthin.
Quod etiam hostis Oppolien Dux tenuerat Spitkone, de
Melstin Palatino Cracouien cum alijs copijs ad obsidẽ:
dum Castra alia Wielunij Ostrzezow, Bolcslawiecz, trans:
misso contendit. Vbi Semouitus et Janussius Masouię,
Dũces cum notabili exercitũ venientes exercitũ regiũ
suapte fortem fortiorem efficiunt. Quamuis siquidem
Vladislaus Oppolien Dũx Offkam germanã sororem Se:
mouiti et Janussij Masouię ducũ in matrimonio habue:
rit, ferre tñ cõ affinem Polonię regi et regno arma ve:
lut feudales coacti sunt impetũ cõ Castrũ. Quauis in rup:
pe altissima situm Tertio die ex quo obsideri cęptũ est,
a militibus iussũ Regis facto, Castrũ Borzisuicz, eius Ca:
pitaneo cũ fratribus et familiaribus nequitqꝫ fortiter et a:
nimose resistente, conquisitũ. Borzisuiczones, qui omnia
sua stũdia pro illius defensione intenderant, capti. Quo:
rum conditiõm Vladislaus rex miseratus, cũ abũde fo:
ret uitam conducere Etiam bona hereditaria in terris

Russię circa oppidum Tlumacz largitur, expugnato cõ:
quisitoqz Castro Olsthin rapacissimo itinere ad Krzepicze
Wielun Boleslawiecz, Brzeznicza, Bobolicze et Grabow Castra,
Quorum nõnullà a gentibus regiis obsidebantur magis
discursũ quam itum est, Exigua fere apud omnes re:
sistentia regio nimio paũore singulis qui Castra obtine:
bant consternatis consilijqz inopibus, obiecta est, Ne:
que aliquem Castro Olstyn fortissimo expugnato, vinci
puduit. Intra dies septem omnia Castra et Ciuitas Vieluñ,
pręter vnũ Castrum Boleslawiecz, per regem aut suos prę:
fectos per deditiõm accepta, Stanczik de Ruda Capi:
taneũs Vielũnen, de gẽre et domo porcaria, apri caput
manũ hũmana illud distrahentis, deferentis, q̃m Ciui:
tate dedita aliquamdiũ resistens, aliquos ex arce sa:
xis offenderat. Castro expugnato gladio percuti iũs:
sũs, Clementia regis in ipso necis articũlo. Quo Carnifex
iam mucrõm vibrauerat, incolumitati donatus est, Se:
rius Dux Vladislaus Oppolien, post oĩm fere Castrorũ et
duarum terrarũ amissiõm, quę illi sub unũ pene diem
acciderat expergefactũs, Arma Milites, et victualia ad
defendendum Castrũ Boleslawiecz flumine Przoszna vn:

diqꝫ circumseptem, et tam arte quã situ munitissimũ trãs-
mittit, vbi regius exercitus forti resistentia reparatus se-
ptennio illud constructis et erectis in circuitũ, plurimis
Castellis, ex quibus in obsessos iaciebantur Bombardę
obsedit, sub quo quidem tempore, et si Vladislaus Oppo-
lien Dux morte absumptus fuerat, Castrũ tn Boleslauiez,
pro sua relicta Ducissa Offka tenebatur. Quæ tandem
reconciliatione obtenta Vladislao Regi illud reddidit.
Si quis aũt hũiũs expeditionis fælicem et compẽdiosum
exitum scrupulosius velit metiri, profecto reperiet quã-
tum bonũ, quamqꝫ sublime sit, publicas et regias actiones,
eas præcipue. Quę armis et ferro administrandę sunt, stri-
ctissimo secreto occũlere. Non enim alia æque res quam
Regii Consilij secreta obseruatio Vladislaũ Poloniæ Regẽ
et suũ exercitum in tam breuiusculo tempore, et tam tenũi
impendio duaꝝ terrarũ et plurimoꝝ Castrorũ fecit vi-
ctorem, ex quod exercitũs fortissimus vix conquisiuis-
set consilij pũblici stricta conseruatio confecit. Di-
scant Poloni, reges, Principes et Barones, non in armis
et fortitũdine. Sed in Dei brachio et prũdenti atqꝫ se-
creto consilio oim̃ iustaꝝ rerum quas efficere sataꝫut

fælicem successum consistere Vladislaus Oppolien Dux nimia vexatus amaritudine et dolore. Terrá quoqs Dobrzinen quę in ditione sua permanserat veritus sibi vt cæteras ereptum iri illam et Castrú eius Dobrzin, Bobrownikij, Ripin Lipno Slothoria, Magro Cunrado de Jungingen et ordini Cruciferorv de Prussia, et in suę acerbitatis solatiú et in regiú opbrobriú In quadraginta florenorv Millibus obligat. Quequidem obligatio et expressam vsurá et manifestam iniuriá et præiuditium Regni Polonię redolens, à Magro et ordine Crucifererú, si per illos, et ad diuinúm preceptú, et ad fędus pacis perpetúę cú Regno Polonię ictú, iustus habitus fuisset respectus, nullo pacto, núlla causa poterat aut debebat acceptari. Continuas aút septem æstates, totidem hijemes Castrú Boleslawiecz circúfestum tandem fame sitiqs obsessos vrgente, per relictam Vladislai Oppolien ofkam deditú est. qúo vno perseueránti fere quátúcunqs munitissima siue arte spectes siue natura expugnatú iri videmus loca.

Fundatio

Fundatio Psalteristarũ per Regẽ et Reginam

Ad Benedictæ Trinitatis præcipuã laudem et geitricis dei, Beatissimi quoqꝫ Stanislai Crac. Epi et Martiris decus et memoriam Vladislaus Poloniæ Rex et Heduigis sua Consors Regina, Collegium de sedecim presbiteris manualibus in Ecclia Crac. iugi iubilatione cantu ordinario cessante, psalmos Dauidicos bini et bini in dextro et sinistro choro vicibus et choris inter se partitis ex æquo decantaturos, fundant, ordinant, et constituũt. Et cuilibet pro dote decem et octo marcarũ sũmam de introitibus Zupparum Vielicien et Bochnen donatione perpetua largiũntur. Quorũ colatiõm, substitutiõm, prouisiõm, et omnimodũ dispositiõm in Epũm et Cãplm Crac. transfundunt.

De Plocen

De Plocen̄ Ep̄atu Papa Bonifacius Iacobo de Corzkiew polono prouidet.

Bonifacius Papa nonūs durum et parū possibile perpendens. Maniphiolū Italū prouisū suū Ep̄atus Plocen̄ possessiom̄ et propter linguę imperitiam et generis inuidiam, et scisma assidue gliscens posse consequi. ipso etiam Maniphiolo renūciante, et post renūciatiom̄ diem obeunte Iacobo de Corzkiew decretorum doctori Polono, nobili de domo Srokomlija palatij sui auditori famoso. In subdiaconatus ordine constituto. Prępositō Vratislauien̄ Secūdo Calendas Augusti Romę prouidet, ex pr̄e Floriano Milite de Curdwanow et mr̄e Catherina de Cracouien̄ prouintia ortus. Quem et si Masouię Duces Semouitus et Ianussius capitularesq3 Plocen̄ aliquādiu recusassent admittere, virtute tn̄ sua probitate et doctrina permoti, illū cū bēigno fauore admiserūt,

in quo per omnẽ vitam tam probe et laudabilẽ versatus est, vt et Duces et capitulares dũceret penitũdo. Qui virũ tam virtuosũ vtilem, doctum, et optimũ, motibus propriis nõ optas sent.

Rex polonie terrã podolie Spitkoni de Melstin Palatino Crac. in feudũ donat. Quod nõ diu durauit.

Comendabili deuotione narrata reprehensibilem et permitiosam, cum sub eodem tempore acciderit subnectemus, precibus Spitkonis de Melstin Pallatini Crac. Vladislaus Polonię Rex perũictus Terram notabilem, melle, lacte, et pecore refertam, Podolia. Quam Casimirus Secũdus Polonię Rex armis et ferro. de Tartarorũ potestate et manibus atquisierat, prefato Spitkoni de Melstin Palatino Cracouien inscriptione perpetua feudali Heduigi Polonię Regina Prælatis quoqs et Baronibus Regni, nec quitqs improbantibus et disuadentibus, eatn codiți-

one, vt ex illa Regibus et Regno Poloniẹ vt feũdalis et vasallus assidua prẹstet obsequia, donat. Quẹquidem donatio Heduigi Reginẹ et toti Consilio grauis, iniuriosa et onerosa, ab omnibus etiam odio et ludibrio habita est, Propter quod durare nõ poterat, Sed velut fumans stipula contrita perijt, et prẹfata terra Podoliẹ cum omni dominio suo mero et mixto proprietati Poloniẹ Regni reddita est.

Vladislaus rex propter rapinas et furta quæ dux oppoliẽn in polõs comĩtebat cũ exercitu ducatum eius vastans & oppoliam obsidiõe cingens duo Castra accipit Quæ Spitkoni de Melstin donat.

Clandestina et si fas dicere sit, furtiua hostilitate Vladislaus Oppolien Dux, cum aperta et iusta nequi: ret, et in Regem et Regnum Polonię vsurus mercato: ris Regni Polonię ad nudinas Vratislauien. In qua: dragesime medio celebratas transeuntes, interripit, spoliat, atq3 captiuat, et varia rerū pecuniarū, et mer: cium supellectili potitus, gloriabatur se iniurias in ter: rarum Vielunen et Ostrzeshouien ademptione vt cuq3 vltum esse Vladislaus aut Polonię rex, quo iustius ad: versus tam infestum et iniustum hostem arma indue: ret faciles nuncios primū ad illū mittit. Quibus nullā ablatorum restitutiom referentibus, assiduis de nouo spolijs, per latrones proscriptos, per profugos, et ære alie: no et iudicijs damnatos, qui apud illū tutū reperēat diuersorium, Polonos infestabat. Int quos famosior erat Petrus Psonka de Curow nobilis de gere Janina. Qui ex eo qd Castrum Lowinicza iratus in illius hęredem Col: czkom, qui illi venationibus dante operam partem cas: sium modicam terram suę hęreditatis occupatium con: fregisset incenderat proscriptus. Miles insuper inno: cens Raphael Gedczicskij do domo Griffonū cū duob.

filijs Martino et Joanne, in Curia sua Gedanise et latrū-
culis Ducis prefati Vladislai Oppolien. Quos ad infe-
standū Regni Polonie Milites et mercatores furtiuo in-
gressu submittebat. Et qui ad eū nuncio premisso sub
frūm et amicoꝝ specie se venire mentiti erant, vt faci-
lius in cautū fallerent, in Sabbato magno captus, & in
Oppoliam ductus. Illicqꝫ dū senex et valitudinarius
foret et captiuitatis molestias sufferre nequiret, et à
fetoribus sterquilium, in quod eum Vladislaus Oppo-
lien Dux, vt altiorem depactiōm prestaret proiecerat,
notabili languidatus et infectus morti coactus. et in mo-
nasterio Carnowasz sepultus est. Ad reprimendū itaqꝫ Vla-
dislai Oppolien Ducis insolentias, et ad cohercendū du-
plex suūm facinus, in obligatione terre Dobrzinen, et spo-
lio mercatoꝝ Regni admissum valido congregato exer-
citū et suas et nepotum suoꝝ terras inuadit. Et plerisqꝫ
Castris et oppidis sue et suoꝝ ditionis conquisitis, Ci-
uitatem Oppolien, et duo Castra eius obsidione coartat
Murorum et Turrium illius propūgnacula assidua Bo-
bardaꝝ proiectione contexit et ponit in ruinā. villas
vero et rura in flammam. Dum aūt Vladislaus Oppo-

lien Venceslai Romanor et Bohemię Regis, et per seipm
et per nucios imploratum defensionis solatium intellige:
ret sibi prouenire non posse. Respondente Venceslao Ro:
manorum et Bohemię Regis iustissime illi propter prę:
das et spolia vexatiom presentem accidisse. Caduceа:
tores ad Vladislaum Polonię Regem Cunradu Olesnicen,
et Bernardu Kiemodlien Duces Slesiæ mittit. Quoru
intercessione Vladislaus Polonię Rex placatus om spo:
liorum pro suis mercatoribus satisfactione ad plenu per:
cepta, obsidiom quidem soluit. Sed Castra iure belli quę:
sita vest Lubliniecz Strzelcze et alia in sua ditione, das
illa Spitkoni de Melstyn Palatino Cracouien in tenuta,
reliquit. Quorum restitutio non ali sequi poterat. Do:
nec Bernhardus Dux Kiemodlien nepos Vladislai Oppo:
lien germanus Castro Boleslawiecz Regi deditio. Hedui:
gim filiam Spitkonis de Melstyn Palatini Cracouien sibi
matrimonio iunxerat. Quę pro dote quam secum ad
virum latura erat, fauore regio Castra conquisita Duci
Bernhardo restituit.

Conuenit Regina He. duigis cũ Magro Prus. six in Junowlaũia de restitutione terr.

Dobrzinẽ tractantes, sed Regina recusanti bus Cruciferis restitutionem rediit:-

Annus Domini 1397.

Dobrzinẽ Terrę obligatiõ per Vladislaũ Oppolien Ducem Magro et ordi Cruciferorum de Prussia factant.

Vladislaus Polonię Rex moleste ferens fedusqꝫ pacis perpetuę per Magrm et ordiñ violatũ iri prospiciens, tã animo quam corpore et omni visu spectabat in bellum, sed cum hęc conditio Consiliarijs renitentibus sibi negarctur, gerendi enim cum Cruciferis belli magis obliberandam excutiendamqꝫ de illorũ manibus Samagittiam, quam ob vlciscendũ terrę Dobrzinen iniustã

occupatiõm occasiõ quęrebatur. Ne prędicta Terra Do-
brzinen occupatiõ neglectum iri et in obliuiõn verti à
Rege et Consiliarijs putaretur. Conuentus de ea re cũ
Magro et ordine in Iuniwladislauia habendũs conclu-
sus est, ad quem Hedwigim Reginam satiũs quã Vla-
dislaum Regem ne animus ob superiores et recentes
Lithuanicæ patrię vastatiõnes exulceratũs, duriori
sermone effuso, bellum cuius eiectus magnopere ti-
tabatur conflaret, ire placuit. Qua illuc in magnifico
apparatũ & Prælatorum ac Baronũ frequenti nũmero
aduenientę, cum Cunrado de Jungingen Magro & Cõ-
datoribus Prussię de restituenda Dobrzinen terra per
dies aliquot varijs tractatibus casso labore tractatum,
aspernantibus Magro et Comendatorib. omnes iustas &
æquas quæ ab Hedwigi Regina & Consiliarijs Poloniç
exhibebantur, Conditiones et pro more sũo nũc illas,
nũc alias excusationes, eo pacto interponentibũs, vt
terram Dobrzinen occupatam, diutius detinẽdo iũcta
ac Pomeraniam, aliasq; Regni Poloniç terras per v-
surpatiõm temporis vendicaret. Obiurgat aũt Magro
& Comendatoribus, q; tam cupidi forẽt et appetitores

alieni, etiam id femina Bedicta, celesti quodam inspira-
ta sensu adiecit, se quidem viuente belli, cum ob p̃sentes
& p̃teritas iniurias Polonię Regno illatas supressoram
furorem. Patis vero absumpta scirent maximas sibi
clades euenturas ex iustissimo Dei decreto. Qui domis
et patronis fundatoribusq; suis, quorũ stipe elemosina,
& donatione viuerent. Spirarentq; tam infesti forent
hostes. Et pro acceptis beficijs, pro collatis terris &
dominijs iniurias repẽderent. Et transacta occupatio-
ne Pomeranię Terre ad regnũ Polonię a primeua fũdatio-
ne spectantis parum contenti, ad occupãdam terram
Dobrzinen auari, et inexpletum animũ intendisset, ad
integritatem corporis Regni Polonici, Iuxta ac terra
Vielunen & Ostrzeshouien. Nisi ipsi calidũ et iniquũ
prestarent impedimentũ, redituram. Et quãuis Cu-
radus de Junigen magr cum Comendatoribus suis, in
dicta huiusmodi Juniwladislauien obiurgatorium
sermom Heduigis Regine veritate subnixũ nõ dif-
fiterentur. Et ipsi Heduigi Regine grãs tũc egissent.
Qui tam illam ad pacem communem retinẽdam qua-
lificatam offendissent immensas, reddere tñ terram

Dobrinẽ, nisi sub iniquis conditionibus. Si illis primũ quadraginta florennorum milia reddantur. nõ poterãt adduci. Propter quod animis infestis et magis iratis, ex huiusmodi dieta Consiliarij Polonię discedebant.

Vithawdus cũ exercitu vltra Tanã proficiscens Tartarorũ multa milia abdu-

xit in Lithuaniam et Poloniam & locauit villas ex illis:-

Boleslao Swidrigiel germano Regis reconciliato et locato in Polonia Ne seminarium nouę seditionis per illum concitaretur Alexander Vithawdus Lithuanię Dux aliquantulum quietis intestino & externo bello nactus, primã Catholicũ se demostrans Principem, in Tartaros agit expeditiõm & notabili exercitu ex Polonis Lithuanis & Ruthenis cõgesto

terras et regiones ingreditur Tartarorū: quos et si vltra fluuiū Don qui latine Thanais, et prope maximū fluuiorū Volham vastando peragrasset. Nullam in resistentiam reperiens, in Thartharorū statiōm quæ Orda appellatur, irruens, plura milia Thartharoꝝ cum vxoribus parvulis et pecore cepit, et vsqꝫ in Lithuaniam deduxit, Quorum medietatem Vladislao Regi et Prelatis Baronibusqꝫ Polonię in victorię signū pro munere misit. Reliquā medietatem sibi retinuit. et Thartari quidem in Poloniam translati deposito gentilitatis errore, fidem Christi professi sunt, et vnus populus cum Polonis iūgendo invicem matrimonia effecti. hij vero qui in Lithuania residerant, secta spurcissimi detinentur Machometi, atqꝫ vno angulo terrę Lithuanię à Vithawdo Duce locati, suis moribus suoqꝫ detestando ritu viuunt.

Pridię Calendas Martij, Henricus cognominatus Sperling Dux Glogouiēn. Dū apud Legnicam hastis luderet grauiter vulneratus occumbit. in Monasterio lubens sepellitur.

Heduigis Regina fũdauit collegiũ in studio Pragẽ pro Lithuanis.

Plantatiõm Fidei Orthodoxę nouellam in Lithuanię terris, à Vladislao Polonię Regę pio et religioso studio institũtam, Heduigis Polonię Regina rigatura. In Pragẽ studio tunc florenti domũ murratam optimis, stubis, cameris et officinis refertam. In antiqua Ciuitate Pragensi non longe à regia et prope Curiam reginalem sitam, cuius posticus in fossam versus nouam Ciuitatẽ tenditur, propinquam collegiis Sancti Venceslai et coemens: speciale. Collegiũ pro Lithuanorũ natione in huiusmodi domo operam studijs dante colligenda. Die decima Decemb. instituit, ac Censũ perpetuo ducentarum Sexagenarũ latorũ grossorum Pragẽ, de speciali concessione et licentia Venceslai tunc Bohemię Regis, coemendo certas et liberas villas pro no-

tabili pecuniaꝝ suma prope Pragam, quæ habitantes re-
ficerent, dotauit. Quod etiam in hanc diem meritorium
et egregium feminę Illustris prefatę opus testans in sua
essentia et dote post plurimas clades, euersiones, et ru-
inationes aliorum pioꝝ locorũ a rabie hęretica, in Praga
et Bohemia illataꝝ, in uiolatũ perseuerat appellatione sui
assidua. Collegium etenim illud vulgato et comuni ser-
mone uocitatur, Collegium fundatricis suę memorabile
factum diuulgans Collegium siue domus Riginę in ea
diem.

Henricus dux Legni-
cen Cpũs Vratisla-
en clausit extremũ
diem
Annus domini
1398.

Duodecima Decemb. Henricus Epus Vratisla:
uiēn Dux & Legnicēn. Cum annis circiter nouem Vra:
tislauiēn Ecclię prefuisset, obijt, et in maiori Eccłia
Vratislauiēn perosus, ut presumitur Vratislauiēn sub
tumba erea intrando chorū post limen sepultus, hic
pro insigni et armis in clipeo per quadū in duabus
partibus aquillas nigras in Ceruleo, et in alijs du:
abus partibus Scakalem tabulam deferebat in ru:
beo campis.

Sigismūdus Rex Vn"
garię Crac ad Vla"
dislaū veniens in

Curia hastiludijs interfuit et cum muneri:
bus discessit.

Sigismundus Vngariæ Rex, sola ciuilitate,
nulla enim inuitatio pcesserat, motus, ad Vladisla:
um Poloniæ Regem venit, et amplissima humani:
tate benignitateq3, a Vladislao Poloniæ Rege &

Heduigi

Heduigi Regina pro tam humanissima affectione ac-
ceptus, et pluribus diebus splendide et abúdanter omi-
bús necessarijs, cum uniuerso suo Comitatú et militi-
a tractatus. In cuius etiá decus et amplitudinem
Curia solenni per Vadislaú Polonię Regem, proposito
prędmio uictoribus indicta. Sigismúdus Hungarię Rex
ab omnibus militibús propter regię dignitatis eminé-
tiam et armorum splendorem, qui in palestria certa-
verant appetitus hastilúsit, acceptis aút a Vladi-
slao Polonię Rege domis regijs et vicaria cósimili
liberalitate remissis Hungariam hilaris reuerteba-
tur.

Bonifacius Papa Ci-
uitatem Rigen in Li-
uonia olim Archi-

episcopi Qui Canonicus regularis
erat, vendit Magro Ordini
pro xv. milibus ducatorz.

Ambitioni suæ Bonifacius Papa. 12. Necnon et Magistri et ordinis Cruciferorum de Prussia et Liuonia satisfacturus. Ciuitatem Rigen in Liuonia quę in spiritualibus et temporalibus dominio quoqs mero et mixto ad metropolitanam Eccliam Rigen pertinebat. Cum eius Castris territorio et pertinencijs vniuersis inuito et co: tradicendo Archiepo Rigen Magro et fratribus hospitalis Sancta Marię Theutonicor nigrę crucis de Prussia et Liuonia, perpetua uenditione uendidit. pro xv. Milibus floremorum auri. Preter aliquas florenor summas, quę int mediatores seu pro sententia huiusmodi transactionis et venditionis fuerant diuisę. Et cu Eccliа ipsa Rigen a primeua sui fundatione tam in Archiepo quam in Prelatis et Canonicis fuerit regularis de ordine Sancti Augustini Canonicorum regularium. Ipse tn Bonifacius auto huiusmodi illectus, ipsam in alium statum et ordinem dicte nigrę crucis ordinis Theuthonicor transtulit in vitam. Licet predictus Archiepus et Eccliа Rigen, per amos quinquaginta et vltra in Curia Romana, cum eisdem Magro Ordine litigando, ne a statu priori in crucem nigra trasferretur.

aliquod sententijs diffinitiuis triumphauerit. Ea ni:
mirum Magr et fratres prędicti in emptione Ciuitatis Ri:
gen prędictæ et territorij sui vsi facili dolositate et
versutia qua terram Pomeranię ab Othone & Joanne
Marchionibus Brandeburgen, qui nunquam in ea aliquid
iuris et proprietatis Tituli vel dominij habebant, sed
sola intentione abstrahendi illam a corpore regni Polo:
nię vsi fuerant.

Epus Posnanien ad Vladislauien trans fertur.

Ex morte Henrici Vladislauien Epi et Ducis Le:
gnicien, erexerat se Joannes kropidlo Epus Kamienen &
Oppolien Dux, in magnam spem intercessione, frum suorum
Oppolien Ducum et fauorem Bonifacij duodecimi ad Vla:
dislauien Eccliam restituendam, Vladislaus tn Polonię
Rex indignatiom sua continuans multipharijs obsecra:

tionibus ducum Oppolien ad pietatem flecti non potuit. Cuius propositum Bonifacius Papa duodecimus exploratū habens, et a restitutione Kropidlo se continuit. Et Nicolaum Kurowskij Epum Posnanien. Quadriennio in sede Posnanien Pontificantem pro quo Vladislaus Polonię Dux intercedebat, ex Posnanien in Vratislauien transtulit, ad Posnanien vero eodem Rege operante Albertū Jastrzebiecz de Lubniczc Scholasticum Cracouien genere nobilem de domo accipitrum Xvi. Calendas Maij promouit.

Aduocens grandem exercitum in Tartaros. Vitholdus cōregina cōsiliū cum Codigam Tamerlanis

Capitis

Capitis cũ exercitu
longe maiori vidis-
set ex Consilio Spi-
tkonis de Melstin
tractare de pace cepit.

Quam etsi rediga non recusabat tamen dum
multi Spitkonem pauoris arguerent, manus co-
serunt et Christiani profligantur: Vitoldus cũ
paucis aufugit, Et Spitko nolens fũgere, cum
multis Polonis Baronibus in-
terficitur.

Annus domini 1. 3. 9. 9.

Celebritatẽ suæ famæ et nominis apud Catho-
licos et Barbaros Principes Alexander áls Vitawdus
Lithuaniæ magnus Dũx, Cui eodem anno per Vladislau

Polonię regem magnus ducatus Lithuanię donatus, & ad uitę tempora precario concessus fuerat, quęsiturus, alteram in Thartharos expeditiõm fœlici successu fuerat prioris accensus. Vladislao Polonię Rege et Heduigi Regina magnopere necquitq3 disuadentibus, indicit. In qua frequentissimus ex Polonica gente numerus semilitarium armauerat. Nisi Heduigis Polonię Regina spũ reuelante, Alexandri magni Ducis Lithuanię et Catholici exercitus ruinam Barbarorum uero uictoriam pręuidens, pene uniuersos Polonię auilites paucis exceptis ab illa auertisset. Dux tñ magnũs Lithuanię Alexander reuelatiõm sui casũs Heduigi Polonię Reginę factam, credens fantasticam, nullis precationibus, nullis ingenijs, a prosecutione illius poterat auerti. apud Kijouiẽ itaq3 Ciuitatem per totũ mẽsem Junij militari posita mensa, et propriorũ & exterorum Militum pstolabatur aduentum. Quibus ex varijs Catholici orbis regionibus ad militia tam insignem capessendam confluentibus, prefatus Alexãder magnus Lithuanię Dux. Ex Kijoula Castris motatus, grandem & fortem se, et ad quemlibet cũ Tar-

taris conflictum suffectum excercitu congessisse. In regiones Tartarorum processit; habens ex Polonis, Almanis, Lithuanis, Ruthenis, plures expeditasq3 milites. Nam et Spitko de Melstijn Palatinus Crac. cu insigni Terre Podolie excercitu, Sandiuogius de Ostrorog. Dobrogostius de Samotulij. Ioannes Glowacz de Lazenicze Masouie Palatinus, Ioannes de Dambrowa cum pulcerrima militia ex Polonis aduenerant. Erat preterea in Comitatu Ducis magni Lithuanie Alexandri Tharthariсus Cæsar Thatkanus quem plura milia Tartarorum sequebantur. Dum itaq3 fluuijs Nieprz Zymnawoda Pseto et sula superatis ad Campestria planiciem in singulas partes diffusæ porrectam habentia circa flumen Vorzskla XIIII Augusti feria vcz̄t tertia post festum. S. Laurentij peruentum fuisset, acies Tartarica, quam no Cæsar Tartaricus Temerlia, sed vnus ex Ducibus Ediga, Cæsares etiam instituere destituereq3, solitus ducebat. Cuius quantitas et numerus ad liquidu no poterat æstimari. Et in cuius comparatione Alexandri magni Lithuanie Duc & Catholicorum exercitus pusillus ceptus est reputari, apparuit. Et magno Catholicu exer:

citum concussit terrore. Spitko de Melstijn Palatinus Cracouien uir solertis ingenij, ad quantū periculum si decerneretur res chriana recideret, auscultans oraculo, etiam Heduigis Polonię Reginę, quę ipm in id bellū leuo auspicio gerendum ire vetuerat, reuocato in animū, de pace agendum. Duce etiam magno Lithuanię Alexandro propositum suū probante, dugcit. Neqꝫ Ediga Tartharici exercitus Dux pacem aspernatus, sub certis conditionibus per tractatus vicissim factos consensurum se in illam astrinxit. Verum cū conditiōnes ab Ediga Duce Tartharorū propositæ, parum honestę uiderentur; Spithko de Melsthin Palatinus Cracouien, a nonnullis Polonicis, Almanicis, Lithuanicis Ruthenicis Militibus, celeriora magis quam tutiora diligentibus Consilia de pauore exprobratus agere de pace emmisit. Et de imocentia suarū actionū paūlum disserens, postqꝫ in consultam et temerariam pugnam magis quam certam pacem assumi placebat, se omnis culpę omnis sanguinis fundendi, omnis infælicis pugnę, postqꝫ monūisset nec impetrasset, quid in rem salius foret testabatur exhortans viderent, vt

aque manŭs in certamen iuxta ac linguâ iniurgando
promptas, ac pugnaces ostenderent. In Paulum tñ Scou:
kowskij Poloniç militem genere nobilem de domo Griffo:
num, qui ferox tapidusqs linguaimŏdicus, qui illŭ mor:
dacius carpendo dixerat. Vt si amore pulchrę coniugis,
et multiplicitate bonorum temporalĭũ mori metueret, cę:
teros aquo animo mortem in prælio oppetituros a pugnâ
non distraheret, acrius inuectus, et sermonŭ indignitate
accensus, propitio, inquit, Deo et te hodiẽrna die turpi:
ter fugiturum et me honeste moriturŭ confido. Ket se:
cus quam prędixerat Spitkoni honesta mors, Scoukc:
wskij fęda fuga obtigit. Qua propter vtroqs exercitŭ
prælium expetente infestissimis signis concursum,
et aquo marte ab vtrisqs aliquanto tempore pũgnatŭ,
abundante tandem multitudine Tarthaxita Chęia:
norum res deteriori loco esse cępit. Alexander Vitaw:
dus magnŭs Dux Lithuaniç aciem suorŭ inclinatam
videns, militibus ad custodiam sui corporis Sandivo:
gio de Ostrorog et Dobrogostio de Samotulij relictis, hor:
tantibus ne viuus in hostium potestatem veniens,
cladem diei illius insigniorem effecisset Equos mutâ:

do effugit. Exercitus vero suus a multitudine Tarta:
rica fusus, atqs deuictus est Fugiẽ aũt, Tarthari in
plura miliaria iubente Duce suo Ediga sequebantũr.
Captus in eo prelio miles Polonus Zuczka de Woyshino
de Prawditarum. Raphael de Tarnow, filius Joannis
Palatini Sandomiriẽ, Spitko vero de Melsthin Pala:
tinus Cracouiẽ de Lelijwa, Joannes de Lasenicze de
Kalencz, Varsius de Michow Socha de Rana Ploczẽ, Pilik
Varshouiẽ Palatini, Hanus de Dambrowa, de Wadwicz, Thomas
Virshinic filius primi Virzzinic de domo Lagoda, Petrus de
Mitoslaw, miles de Dolijwa desiderati, Boleslao Swidrigie:
lo germano Regis, Sandiuogio de Ostrorog, Dobrogostio
de Samothulij, cum Duce Alexandro euadentibus Thar:
tharicus Casar Temerlin cum cuius gente infeliciter à
Catholicis pugnatũm est, varia bella cum finitimis gerẽs,
prospera fortuna semper vsus est, Nam et Thurcorum
Casarem cum quo apud Nicopolim, ut in superioribus nar:
rauimus. Sigismundus Vngarie Rex infeliciter pugna
ũerat, exercitu Turcorum deleto cepit, et in captiuitate
extinxit. adeoqs per terrã circa mediteraneum mare sũ:
biciendo sibi nationes et terras grassatus est. Vt et Da:

mascum in Syria Soldani Babilonię exercitū conflicto vastaūerit. Hortatus Spitco Melstijnskij Palatinus Cracouien ab Alexandro Vitawdo magno Ducę Lithua: nię acie christianica iam inclinata & spectante in fu: gam, vt impendens periculū declinando, secum vna fugiendo sibi per fugam consūleret. Nihil illū propte: rea astruens dedecoris, sed magis glorię si principē exercitus saluaret, contracturum. Fugere turpissimū ratūs remansit, et in trepide vt militi & viro chri: ano congruebat, in hostes se infundens, et plurimos obuios prosternens, multis tandem telis confossus & Jaculis Barbarorum magnanimū spūm emisit. Glori: osior mihi videtur Spitco Palatinus morte, quam Vi: tawdus Dux vita, prę clare enim ego secū actū reor, qui alijs per fugam vitam seruantibūs. Ipse & pśentis eui diuturnam glām et futurę beatitūdinis perhen: ne bravium occupauit. Rogatus insuper et multipha: rię monitus ab Ediga Tartharor. Duce, ne prelio futuro se miscęret, aut si in proposito perseueraret, Pileū ab eod Ediga sibi destinatum in capite gestaret. Quatenus hu: iusmodi insigni a militibūs suis, quibus id districtissime

pręceperat cognitus. seruaretur potiũs quam violaretur.
vtrũqꝫ detestatus et perosus vitæ mortem pręferens,
nobilissimam mortem, et quę cum perhennitate temporis
celebrabitur oppetijt, & gloriosior aliquanto occubuit,
quam vixit. Plures et ex eius familiaribus in hoc p̄lio
desiderati sunt. vc̄ꝫt. Bernhardus Marshalcus, Nico:
laus pincerna, Procopius Notarius, Prꝫecꝫlaus Vice:
mulato cum duobus tantūmodo pedestribūs ex Ciuita:
te Austriæ, vbi conciliabulū celebrauerat. pedester
et ipse discessit, ac per hoc insidias, quas sibi Antoniūs
Patriarcha Aquileiensis, ex eo qd ipm nulla interueni:
ente racionabili caūsa Patriarchatū Aquileiensi in Lu:
ca priuauerat, instructas euasit, et ad duas galeas
qūas sibi Vladislaus Siciliæ Rex transmiserat bēfitio
illarum in apprutiūm, deinde in Gaiethā vbi longo
tempore, sub protectione dicti Vladislai Regis dege:
bat, peruenit.

Bosna in fidem regis Hungariæ redigi tur

Sigismundus Vngarię Rex expeditione, con Bosnen regnum, qđ à fide et obedientia sua discesserat, indicta, in virtute potenti illud inũadit, habens in suo exercitũ de Polonor gentibus milites insignes & ꝑstantes: vcđt Tauissium nigrũ de Rosnow Domarathũ de Kobylanỹ. Tauissium de Olessnicza, Joannem Warssewskiỹ Skarbkom de Gori, Joannẽ Farureỹ de Garbow, et plures alios et multa Castra quę faciebat resistentiam gladio conquirit, multos Bosnen aut deprivat capite, aut eicit de muro, regnũqs vniuersum redit in obedientiam et tributum.

Nicolaus de Gorzkow Iacobo Episcopo Vilnen succedit

Secundo Ecclesiæ Pontifice Vilnen Jacobo fre ordinis minor Vilnæ in carnis priuio diem obeunte, Nicolaus de Gorzkow Decanus S. Floriani an

1721.
39

Cracouiam, Canonicus & officialis Cracouien. nobilis de domo Osmaranij, propter eius virtutes plurimas et vitæ sanctitatem in Vilnen Epum assumitur, Et quamuis esset vir tam senio, tam labore confectus et obtineret ex patrimonio et beneficijs amplam dotem, reditus Epatus Vilnen excedentem in fauorem tamen & dilationem fidei, penatibus et beneficijs relictis, regimen Ecclesiæ Vilnen suscepit, et Eccliam illam optimo ordine et exemplari vita plurimu regulauit, vir pietate zelo & deuotione plenus. Sub cuius regimine Vilnen Eccl'ia in fide et religione Chri-ana, et in spiritualibus & temporalibus notabilia suscepit incrementa. Hunc quidem virum Heduigis Poloniæ Regina, dum viueret pro dilatione fidei sollicita mortuo primo Epo Vilnen Andrea pro sua virtute substituere decreuerat, sed eius pijssimu propositu immatura mors impediuit. Quapropter no fuit nisi secudo Epo Jacobo mortuo Vilnen Ecclesiæo-perante deuotissimo Rege Vladislao optima intentionem consortis suæ prudentissimę Heduigis exequete Ecclesiæ Vilnen præfectus.-

Legati Vlrici Magistri Prussiæ reiecto in futura comitia responso communi cũ protestatione rediunt

Annus Dñi 1409

Transeunte Vladislao Poloniæ rege per maioris Poloniæ oram, et in oppido Obornikj sub frequentissimo militum numero agente venerunt ad illum feria quinta ante festũ Sancti Joannis Baptistæ Vlrici de Juningen Prussiæ Magistri nuntij, vcõt Thorunen et de antiquo Castro Comendatores, quos Prussiæ Magr Vlricus callide miserat, magis ut suum propositum diceret, id qd tã:

dem euenit, quam spe impetrari quod exigebat posse,
qui cum graui querella et mentis anxietate questi sũt.
Alexandrum Vitowdũ dũcem Magnũ Lithuaniæ, Sama-
gittarum terrã, qũam uis eam Magro et ordini perpetua
donatione patentibus lĩis inscripsisset, et omni iuri si-
bi in illa competenti renũctiasset abstulisse, et suos
atqꝫ ordinis præsides, atqꝫ Capitaneos cum dedecore &
ignominia aut necasse, aut captiuasse et licet Magr et
ordo per plures nũcios prædictum Alexandrum Vitowdũ
de reddenda terra occupata, et reddendis captiuis multi-
faria prece et instantia sollicitassent, nũqꝫ tamẽ fa-
tigis et precibus eorꝝ respondit. Alexandro Duce Lithua-
niæ eorꝝ instantiasꝫ et requisitiones eludente. Cũ itaqꝫ
ipsi ex necessitate iniuriæ illatæ eis cogerẽtur bello &
armis repetere terramqꝫ eis ablatã, et damna eorꝝ atqꝫ
iniurias pũnitum iri, supplicabatur regi instantia
vehementi declararet sibi, velletne frẽm suum Alexã-
drum Ducem Lithuaniæ in ea causa adiuuare, quati-
nus Magr et ordo exploratam habentes suã voluntã-
tem, tempestiue suis rebũs prouiderent. Vladislaus aũt
Poloniæ Rex huic tam perplexæ legationi, quia non sa-

tis in promptu habebat, quid responderet legatiõm ipm iniuriarum et diffidatiõm tenorem contingere intelligens, respondet, non se pro ea vice propter pondus et grauitatem legationis et consiliarior suor paucitatem quicquam illis respondere nõ posse. Institutur aũt se pro die Sancti Allexij in Lancitia dictam generale, et ea cilia proprijs nũncijs Magro et ordini respõsurũ. Qua responsione Commẽdatores non contenti, apud cẽtum militum, procer, atq; vulgus Regni Poloniæ publicas protestatiões facere cæperunt, declarãdo qualiter Magr et ordo parati essent, cum fœdera Regno Poloniæ pacis perpetuæ inter Casimirum scdm Regem Poloniæ et Magrm atq; ordinem firmata seruare, Sed postq; Vladislaus Rex Poloniæ nollet dimittere frem suũ Alexandrũ ducem Lithuaniæ, et in causa iusta vellet illi auxiliari, Milites & proceres Regni Poloniæ non successerent Magro & ordini, si bellũ Regno Poloniæ intulerit, graui iniuria lacessitus. Ea aũt protestatiõe in publico edita, etiam responso non audito, furore & ira pleni discedebant, vt prorsus ex gestibus biliq; immoderatius, quam nutq; conueniebat, et superbia ia-

ctantia

ctantia effusa constraret, illos bellũ Poloniẹ Regnũ, quã:
primũ occasio temporis adesset, moturos. Ex ademptione
siquidem Samagitiẹ per Alexandrũ Vitowdum Ducem Ma:
gnũ Lithuaniẹ factæ, et Vladislai Poloniẹ Regis in reddẽ:
do responso tergiuersatione, constabat Magr̃m et ordi:
nem quam maxime fuisse offensum, vt bellũ, nõ quid
aperte aduersus Polonos decerneret. Sed tacitis animis
et deinde ebulliente ira et indignatione subesse bello, quã:
primũ oportunitas afflueret, monstraret. Vladislaũs
etiam Poloniẹ quasi anticipiti constitutũs in biuio Ma:
gr̃i et ordinis legatione interrogatus, quo se verteret,
et qualem ad legatiõm huiusmodi æderet responsionem,
parum in prospectũ habebat. Nam neq; dũcem Vitawdũ
et Lituanos in eorum adũersis periculisq; deferre. Neq;
a Lituanis in se regnumq; suum uolebat bellũ durum
Polonorum Consiliarijs id maxime execrantibus, maxi:
moq; studio et cura ne exortum adolesceret et exorire:
tur ad tentibũs transferre.

Vlricũs

Vlricus responso ꝑ nũtios regis Polonix accepto Castr. Dobrzin, & Zlotoria et pleraq; oppida expugnat Bobrownikij aũt et Bidgostiam per deditiõm accipit:—

Die Sancti Allexij aduenientе Prælatis et Baronibus regni Poloniẹ in multiplici numero Lancitiã conuenientibus, dięta generalis, ad ædendũ Magr̃o et ordini Prussię responsum, habita est. Ex qua Nicolaus Kurowskij Archiẽpus Gnesnẽn, Nicolaus de Michałow Palatinus Sandomirien, & Janussius de Tuliskowo Castellanus Calissien, ad Vricũ de Junigen Magr̃m et ordim̃ Prussiæ destinãtur, qui cũ illũ apud Mariemburg offendissent, in eam responsiõm sententiam pronuntiant. Nihil, inquit Vladislaus Poloniẹ Rex

te et ordinē tuū ignorare pūtat. Alexādrū Vitowdū Dr:
cem magnū Lithuanię, cōn quē sūper ablatione terræ
Samagitiæ, cęterisq3 iniurijs questus es. et si primariū
Principem vinculo quoq3 prope germani sanguinis regi
coniunctum, Regno tamen Polonię, et regi subiectū esse,
terram quoq3 et ducatū Lithuanię, non nisi ex donatiōe,
et concessione regis ad tempora vitæ suę obtinere, qua:
propter non licet regi, et in hac gūerra à nobis Alexan:
dro et terræ Lithuanię moūenda, et in quocūq3 casū a:
lio aduerso illū deserere, qūinimo omnibus potentis &
suffragijs illū iūūare. Placeat itaq3 continere se ab
omni guerra et in loco atq3 die competenti Conuentiōm
agere, in qua Vladislaus Polonię Rex, curaturum se
offert omnia præter iustitiam et æquitatem Acta
reformare et rescindere, et frēm suū Alexandrū ducē
magnū Lithuanię, velut Principem sibi & Regno Polo:
nię subiectum, ad singula quæ pacem et æquitatem
redolent stabilire. Magr aūt Prussię, nihil tam humi:
li responsione motus, continuas apud nūtios regios
cōn Dūcem Alexandrū, ampulosis verbis exaggera:
bat, ingeminabatq3 querelas, astrūens se nō vltra

iniuriam suã et ordinis toleratur. sed cum omnibus
potentijs suis in Lithuaniam ex templo itur. Nicola:
us aũt Kurowskij Archiepũs Gnesnẽ unus ex nũtijs
regijs, terrores Magistri tantopere ingestos nõ feren⁹,
indigestum et minus caũtelosum cõ regis et prohibi:
tione consiliarior, miscuit ad Magr̃m sermonem.
Desinas inquit. nos Magr terrere bello Lithuanijs in:
ferendo, quoniã si illud agere in animũ induxeris, te
Lithuaniam petente nõ dubites Regem nostr̃ Prus:
siam inuasurũ. Lithuanor nos hostes pro nostris
ducimus. conuersuri in te arma si illos lacessieris.
Id utrum Archiepũs sua sponte, per inconsideratũ
sermonem dixerit, an quia ita iussus fuerit, nõ tã
certũ est quam asseritur. Latus eo sermone Magr
sũbintulit, Grãs, inquit, tibi habeo pr̃ Reuerẽdissi:
me qd̃ propositum regis tui nõ celasti, Ego siquidem tuo
sermone tam doctus quam certificatus, caput potius petã
quã membranterrã potius possessam quã desertã, et op:
pida atq; villas, quam nemora guerram et arma cõ
Lituaniã destinatam in Regnum Polonijs conuersurus,
plus enim me, et ordĩm mcũ iuuat, verticem quam pedes.

et culta, quam deserta, agros quoqs syluas et dumeta impetere. Nec moram dictis facit, Nuntijs enim regijs ab eo discedentibus arma corripit. Exercitũ parat, & in vigilia Assumptionis Sanctæ Mariæ, Vladislao Polonię Regi apud Nouam ciuitatẽ Korczin agenti, missis lris diffidatorijs, Castrũ Dobrzin circũuallabat, & continuis quassationibus Bombardarũ, item proiectione ignearum, sagittarũ, frequentius iactarũ conquirit et excurit. Milites qs Polonię, qui illud defẽdebãt, capite plectit, quo facto oppida Rippin, Lipno, Dobrzin, vastat, ac mũltas virgines et matronas in illis reper tas obtruncat. Ita sermo Gnesnẽn Archiepi Nicolai, parum concinuę, parumq, caũte prolatus bellũ, quod differebatur adoleuit, et pacis medius ac belli sequẽter, bellum sermone intempestiue accendit. Castro Dobrzinẽn conquisito, Iacobũ de Nomini nobilem, de dõ Prussi, Capitaneũ Dobrzinensẽ, captũ capite trucauit, plũres quoqs crũdelitates in Milites Polonos & agrestes ferociter ædidit.

Deinde versus Casty Dobrotnikij.

procedens. illud similr continua expugnatione per
deditiom conquirit. Notabiles siquidē Polonorū mi:
lites, quos Vladislaus Rex pro præfati Castri defē:
sione transmiserat, et quorum Capitaneus erat, Var:
coislaus de Gotarthouicze de domo et familia Vulpi:
um, nulla angustia et grauedine acti cū victualiū
copia illis suppeteret, et fere omnes muri præter vnā por:
tiom et mœnia integri essent, Magistro illud dedunt,
propter quod præfatur Varcoislaus et captiuitatē expost
longo tempore pertulit, et in turri obscura angustias, car:
cerales. Milites aūt cæteri vcz Barthossius Plomikowsky
de domo Plomiany, Nicolaus Ragoszowicz, et cæteri qui
Castrum prædictum dediderant, omnes apud regē Vladi:
slaum priuati erant fama et reputatione. Quapropter
præfatus Barthossius Plomikowsky verecūdia ob id ve:
xatus et vario æstumentis fluctuans, factus erat ab
illo tempore delirus, qui tamen postea in conflictu ma:
gno in die diuisionis Apostolorū habito, altam de se ex:
hibebat strenuitatem, nūquam tamen sanus erat, ab illa
dementia. Nam post annos multos Cracouiæ equo insidens,
catenam platealem voluit transilire, propter quod de

equo prolapsus, gladio quo erat cinctus, ex impetu saltus prosiliente de uagina vulneratus et transuerberatus é. atq; ex illo vulnere mortuus. Nec solum ipse sed & pre: les sua dementiá contraxerat.

Castro Bobrownikij Prussiæ Magr Vl" ricus conquisito Castrum Slothoria circúuallat, et octo diebus stetit in eius obsidione, sub quibus dieb. dúcebantur matronæ et uirgines de Thoruń, et in eor prasentia impetus et expugnatio fiebat cón Castrum. Octauo aút obsidionis die traditur magistro Castr. quoniam maior pars militú Castrú defendentium ex proiectione Bombardar erat interfecta, nec poterát se amplius sustinere. Vnde omnes residui per Cruci: feros erant capti, inter quos erant Dobeslaus Olmien: skij Hebermuth, Iwan de Gorij, et alij, qui notabili té: pore tenebantur per Crúciferos in captiuitate. & quamuis Alexander Dux Lithuaniæ in relaxatione militum apud Slotoriá captorum, certos captiuos cru: ciferis relaxasset, Crúciferi tamen nó seruarunt fidem et Polonor milites captos tenuerunt. Castro

aut Zlotoria sic conquisito. Castrum Bidgostia, qd per Thomā de Wanglessin maioris Polonię Capitaneū tenebatur, quoniam situ est munitissimū, videntes se conquirere nullatenus posse, Burgrabiū Castri pecunia corruptum, ad deditiom perliciunt. Quo audito Thomas pradictus nimio dolore mortuus est. Post cuius obitum Capitaneatum Maioris Polonię Vladislaus R. Vincentio de Granow Castellano Naklen contulit in tenūtam.

Vladislaus die et loco militibus suis condicto Bidgostiā obsidione pramit et recuperat

Vladislaūs Rex Polonię amare et molestissiē ferens, tot et tā graues sibi per Cruciferos illatas iniurias et tot sibi Castra ablata Expeditionem

mox totius regni sui cōmouit, et omnibus regni sui
sūbditis mandat, quatenūs in Volborz in octaua na:
tiuitatis sanctæ Mariæ conueniant exercitualiter
abinde in Prussiam processūri. Duci aūt magno Ale:
xandro Lithuaniæ per lrās et nuntios crebro intimat,
quatinus cū gentium suarū potentia sibi prope metas
Prussiæ occurat. Conuenit itaqz iuxt regis imperium ma:
gnus exercitus in Wolborz pro die instituta, de omnib:
terris Regni Poloniæ, vcz̄t Cracouien̄, Sandomirien̄, Lu:
blinen̄, Russiæ atqz Podoliæ, cum quo Vladislaus Rex
egressus procedit versus Lancitiam, et prope Lanci:
tiam in Gaijs quatuor diebus præstolando residu:
os Exercitus, agit statiua, abinde vero discedens,
prima statiua in campis Sziedlecz villæ, secunda
in campis villæ Koczawie, tertia prope Radzieiow,
supra lacū, et ibi exercitū per vexilla ordinat.
Quarta in campis villæ Szarleij, Quinta in Tuczno
supra Lacum vltra Iuniwladislauiā per miliare. Sexta
in Bidgostia, et in die S. Michaelis Castrum Bidgoscza
graui fortitudine circūuallat, et scutis seu pallijs quasi
muris in circuitum supra vallū sepit, Bombardis con:

cutit. Ex quarũ continua proiectione Comendator et Capitaneus Castri fuit interfectus. Sentiens aũt Magr Prussiæ Castrum conquirendũ esse, mittit ad Vladislaũ Regem Cunradum Olessniczen, ducem, postulans vt Rex obsidiõm solueret et offerens Castrum Bidgoscza, in manus Venceslai Bohemię regis se resignaturꝝ et in illum compromissurꝝ. Cui legatiõm suã in crastino Sancti Francisci exponenti responsũ est. Si Magr similem resignatiõm de terra Dobroinen et Castris eius, in manũs præfati Regis Vencesslai effectualr se facturꝝ pollicitus fũerit, non obnuere regem discedere ab obsidione. Stabat aũt Rex cum exercitu sũo in eiusdẽ Castri obsidione octo diebus in Castr Bora. octauo die. Castrum armis et potentia conquirit: et reparatis eiꝰ ruinis dat illud Mathię de Labissin Palatino Brestẽn in tenũtam. Sub diebus aũt obsidionis Magr Prussię gentes suas circa Swiecze conuenire præceperat, quo intellecto Vladisslaus Rex aliquot gentium suarũ Banderia illuc mittit. quorũ intellecto aduentu gentes Prussię fugiunt. et Exercitũs regis tentoria derelicta occũpat, et spolijs multis hostilibus potitur. Iniurijs aũt tã

frequentibus, tamq; atrocibus Vladislaus Poloniæ Rex lacessitus à Cruciferis, ad varios reges Principes Catholicos super grauaminibus suis scribit querella per lras speciales, quaꝝ literarū exemplar in charta inserimus.

Dux insuper Alexander Lithuaniæ, sub diebus illis mittit, ad Vladislaum Poloniæ Regem Jacobum Cslinianij de Lublin Notarium situm, Significans suæ Serenitati in secreto, qđ pro tempore illo nullatenus pōt cum gentibus suis venire, sibi in succursum, rogans et supplicans quatinus non sibi egre ferat. consulensq; quatinus cum hostibus inducias conficiat vsq; ad ætatem futurā, vt interim singulis pro guerra ordinatis posset cum ampliori gentium ordine et bellico apparatu venire, armatiōr atq; paratiōr sibi in succūrsum.

Vladislaus Ulrico inducijs ad tempus

datis Venceslaũ Romanor. et Bohemiæ regẽ arbitr. sumit

Castro Bidgostien conquisito Vladislaus Rex cum suis deliberat, quid sibi facere expediat, plerique sic faciendum censebant, vt Vladislaus Rex, postquam tam fortem collegit exercitum in terrã Pomeraniæ procedat, et eam igne et gladio deuastet. Alijs visum est salubrius factis treugis redire, et bellum pro futura æstate instaurare, attento quod exercitus tantus hijemis asperitatẽ nullatenus in campo possit suferre. Interim venerunt nuncij Venceslai Romanor. et Bohemiæ Regis, vcz̃t Dux Cunradus antiquus Oleßniczen & Jenko Capitaneus Szwidnicen et Vratislauien, et bellũ huiusmodi nomine eius intercipiunt peten Vladislaũ Regem, quatinus sufferentijs pacis, ad diem Sancti

Joannis Baptistæ acceptatis, a bello desistat, et ipm Venceslaum regem, in arbitrũ assumat. pro omnibus differentijs quõlibet exortis inter regem et Magistrũ iuste arbitratur. Et pro die Dominico Inuocauit. Pragam, nuntios suos plene instructos, pro habendo arbitramento destinet. Precibus itaq; dictorum nũtiorũ Romanorũ regis, et suorũ Consilijs Vladislaus Polonorum Rex deuictus, treugas cũ Cruciferis usq; ad diem Sancti Joannis Baptistæ, ad solis occasum, inscribit et firmat, et diem Dominicã Inuocauit, pro tractãda pace et conficienda perpetua, per regẽ Romanorũ acceptat. Turpia hæc sufferentiarũ pacta videbantur ad potẽtiam exercitus, quẽ rex ducebat habendo respectum. Sed tempori congruebant. Consiliarij tamen regii graues contumelias et improperia ã vulgaribus quasi treugas ipsas aũro Cruciferico corrupti admisissẽt. nõ poterant effugere. Non formidinis aũt, sed neq; lecitationis ea, sed cautionis, erat perpensa moderatio, quamuis nõnulli illam velut meticulosã et vino expressam carpebant.

Exemplũ literarũ Vladislai ad regis et Principes CHRĨANOS

Vladislaus Dei grã Rex Poloniæ. Dux supremus Lithuaniæ, hæres Pomeraniæ et Russiæ dominus & hæres &c. Iuste Deus, iudex fortis, almæ scrutator cordium. te inuoco et imploro ut me in pronũciatione necessitatum ingruentiũ oberare non permittas, seu cõn ueritatem quicquã fulminare. Noscite igitur et attendite, percipite vniuersi reges Principesq; tam spirituales, quã seculares, Comites, Barones, Nobiles, Milites, communitates Ciuitatũ &c. et omnes qui inhabitatis terrã sacrosanctæ fidei Catholicæ professores. Quomodo in factis quæ inter nos et frẽs Cruciferos de Prũssia ventilantur & ocurrunt, per ipsos erga nos nullũs penitus pietat assen:

sus adhibetur. Ex quo pacientiã, ad quã ex præcepto Jesu Chri regis pacifici seruãdã fuimus obligati, in nob dilacerant et violant, ipsã a nobis ꝓtendentes segue: strare. Quamuis enim nobiscũ firmissimo pac fędere et literarũ robore fuissent colligati, quod vtiq; fędus nullis prorsũs occasionibus, uiolari sperabatur, ipsi tn con fędus huiusmodi sic firmatum sub colore fictæ a: micitiæ, innocentiã nostrã iniquis accusationibus, & confictis adinuentionibus, corã aliquibus Principib. et multis probis detulerũt, proditorem asserentes, qd temporibũs nostris et Vitawdi Alexãdri duc. Lithũa, nie no multum fides Catholica per baptismũ gentis no: strę Lithuanicæ fuisset roborata, quia nullus gẽtis nostræ ad fidem Chrianã per nos fuisset conuersus et attractus et quod illi de fide Ruthenica, qui per nos fuere baptisati, sub colore fidei Catholicæ, sectã ipsorũ tenerent secrete et occulte. Sed quia Ecclesia de occultis no iudicat, suficit nobis puræ deuotionis di: ligentia, quã in augmẽto fidei Catholicæ adhibemus. Si enĩ sciremus tales qui fidem tẽrent palliatam, nũqs sine pęnali vindicta ipsos dimittemus incorreptos, et si per:

fecta charitas maneret in cordibus. Cruciferorũ, aut si in fadere nobiscũ facto fidelr stare uellent, hos quos sciuerunt aut sciunt de nostris, a fide exorbitantes, nobis ipsos sinceriter debuerunt indicare, et si ipsos non correxissemũs. iuxta Euangelium testes debuerunt assumere. et nos inducere ad correctionẽ eorũ dem. & demum si uoluissemũs stare inductioni eorundem, tunc primo debuerũt nũtiare Ecclesiæ, Sed ipsi ordine præpostero, dimisso principio a fine incipientes. cõ nos & frem nostrum charissimũ Ducem Vithowdũ iniustas querelas inceperũt fulminare. Nec sperandum est quod ipsi religiõm mudã & immaculatam sectentur: ex quo habenas linguæ laxantes ad vaniloquia, noluerunt vera loqui, & libertate linguæ freti, elegerũt loqui aduersũ nos non vera sed iniqua. Non enim nos animaduertimus iustificatiõm nostrã multiplicitate verborũ ostentare. Sed per realem efficatiam clarificare volumus nostrorũ opera factorũ, imo ad subitiendã rem oculis, non realiter uolumus immittere et hẽc realr ostendere, quod cultus religionis Chriani

per neophitos nostros, in terris Lithuanię chrō duce. laudabiliter exercetur: quia ibidem de grā Dei Cathe: drales, et alś multas parrochiales et conuentuales ere: ximus Ecclesias, ipsas de bonis patrimonialibus heredi: tando, perpetuo sufficienterq; dotando de quo quilibet certŭs reddi poterit, qui pro experiẽtia habenda, eas: dem partes Lithuaniæ, per nos de gentilitatis errore edŭ: ctas uellet uisitare, et ea quæ scribimus nō aliter se ha: bentia proprijs oculis contueri. Sed ipsi proch pudor, pu: dorem squalidum tegunt proprium, alieno sibi ficto pŭ: dore, culpas proprias in alios transferendo, bene quid facerent, si prius de proprijs oculis trabem eijcerent, antequā de alienis festucam eijcere festinarent. Ipsi enim scientes & uidentes contrarium asserunt, quod pauca infra viginti quatuor annorŭ decursŭ, a tem: pore baptismi nostri in augmento fidei Catholicæ ac: creuissent, ditant ergo ex aduerso, quæ quantaq; in terris Prŭssiæ per ipsos occupatis forte a dŭcentis an: nis vel vltra, per eos accreuerunt, pro certo respectŭ eorŭ, quæ in terris Lithuanię facta sŭt, possent mima reputari, cum & eos qŭos baptisauerunt, Pruthenos

utiq; bene constat sub amētia ipsorū, quasi sub quo-
dam palliato rigore, ritus gentiles minime postposuisse,
et reuera neminē huiusmodi gentilium fideliter ad fi-
dem inuitant Catholicā, prout de Samagitis experien-
tia testatur, quos ad baptismū allicere debuerunt, quor-
tn nullum infra quiēnniū, licet baptismi grām affec-
tando ad fidem Catholicam uocauerunt solām nāq;
in eo cursu gratulantur sui propositi vt terras talr
qualiter possideant alienas. Vnde probabili rationis
colligimus argumento, quod si tali, tamq; peruerso
modo, cum caeteris Principibus circuibunt, quēadmo-
dum erga nos nunc procedunt, pro certo difficulter
aliquis posset subsistere, nec dubiū quod in poster-
nisi ope dei refrenentur omnes principatus & dominia
ipsorum ditioni talr subiugabunt. Illud quoq; circa
dispositiones ipsorū est ualde dolorosum, detestabile et deflē-
dum, qđ positionis suae cursum semper habent retrogradū,
in nullis penitus, cum legum institutionibus et Canonū
sanctiōnibus concordare uolentes, hoc etenī ipse cursus eor-
non admittit, ut uoluntas sequatur rationē. Sed hoc prae-
tendit potissime, quod ratio cedat et subsit semper impetuo

uoluntatis. In hoc namq; ipsorum tota fundamentaliter consistit, intentio et voluntas, vt propria teneant, aliena recipiant aut concupiscant. De alienis vtilitatibus sẽper uti uolunt, nec cuipiã iuri seũ iudicio parere et submitti pro eisdem. Et quicunq; prætextũ huius, ob pacis amorẽ, uirtute pacientiæ, ipsis se quanto magis humiliat, tanto magis horũ humilitate contempta, per arrogantiã pede calcare nituntur. Et quamuis ita in sũma patientia virtut Dei ipsi creatori deuotiõm nostram uoluissemus humilr cõmendare, et ipsius clemẽtiã in pac dulcedine liberiũs exorare, illud scriptum semper retinendo in cõtemptũ, qd nisi in pace, bene potest coli author pac, pacem cũ eisdem fratribus Cruciferis constitueramus perpetuã atq; firmam, per quam pacẽ ipsi saluatori nos duplicem sperabamus fecisse seruitutem, quarũ vna in ea consistit, quod cum proximis & domesticis fidei pugna cesasset, et sopita fuisset omniũ materia iurgiorũ. Alteram autẽ in hoc posueramus, stabilitã qd durante pac. fœdere Chrianam potuissemus ampliare religiõm, & in credulos quoscumq; per baptismũ Catholicæ adducere vnitati, eo quod abiectis, et euulsis cordis rancoribũs, locũ puræ præ:

buerimus charitati, omnesq; iniuriarū flammas, pia man:
suetudine suffocando, immo pro reductione constantior
fœderum, et propter bonū pacis, terrā Dobrzinēn ad coronā
pertinentem, per ipsos Cruciferos iniuriose a nobis & co:
rona nostra ablatam, et aliquot annis cōn fędus tempore
piè memoriæ Casimiri olim regis Polonię inter regnū Polo
nię situm et per ordinē ipsorū frūm occupatā, in multa pe:
cuniar liberamus quantitate. Neq; hoc quidē profuit
nobis, cū pacem in pace inuenire nō potuimus. quia mox
post firmata pac fœdera, ipsi grauioribus plusq; præ:
teritis iniuriar aculeis, infestare et afficere nos cępe:
runt, dum præter alias quamplurimas nobis illatas iniu:
rias castra nostra vcst Drzeßno et Santhok. cū terri:
torijs etiam aliquibus ad nos, et ad ducē Ioannem Ma:
souię frēm nostrum spectantibus, alijsq; nostris utili:
tatibus, omni iure et iustitię modo postpositis friuole oc:
cupantis. Quas huiusmodi iniurias nō sine magna
patientia sustulimus. fœdere tali, quod omni guerra du:
rius reputauimus inuoluti firmiter, et ligati. Et quā:
uis multiplicatis instantijs per lrās et solennes nūtios
affectuose ipsos hortati fuerimus, vt iuxta inscriptiōes

nobiscū stabiliti fœderis, iniurias ipsas æquitatis, tem:
peramento moderaſſent, ipsi aūt per hoc facientes de nobis
ridiculum, nulla facere ratione voluerunt. Interdum
tamen quasi delusorie intimabant, nobis se velle eas dē
iniurias rigore iustitię moderari, quod et demū ad effe:
ctum, sicut alias omnino reducere renuerunt. Ideoq; ad
querelas cōn ipsos prorumpere nos oportet, et iniuriarum
nostrarum animo turbato graucdines explicare, quas
in chartula speciali singillatim vestra claritati descri:
bimus, eandem vestrā attentius claritatem rogando, qua:
tenus dictis et relatibus, immo et accusationibus corū:
dem Cruciferorum, si quas cōn nos, et frēm nostrū Ducem
Vitowdum leuitate lingua emiserunt, fidem velitis sub:
trahere creditiuam. Iniquis enim et dolosis accusatio:
nibus nos deprauant, soli prauitat vitio claudicantes.
Velitis etiam quęsumus ab ipsoꝝ hortamentis iniquis
auertere mentes vras, et dum illi, aliquas sibi gentes do:
miniorū vestrorum, in subsidiū cōn nos, et prędictū frēm
nostrum Ducem Vithowdum venturas uocauerint, et po:
stulauerint: hominibus uestris illic trāsitū prohibere.
Ipsi enim verissime cōn fideles Catholicæ fidei profesſo:

res, et cõn eos qui ad fidem Catolicam promoueri dudum aspirant, se armant, gentis armata suffragia postulantes. Datum Opatouię ipso die Sancti Laurentij martyris glo: riosi. Anno Domini Millesimo. Quadringentesimo. Nono.

Vithowdus icti fæderis ignarus vastat Prũsiã ac vicissim hostẽ prouocatũ pa vidus ex improuiso in sua terra excipit

Antequam aũt conclusio treugarũ seũ induciarũ huiusmodi Duci magno Lithuanię Alexãdro per Vladislaum regẽ intimata esset, miserat prædictus Dux Alexander germanũ suũ Ducẽ Sigismũdum cũ Lithuanorũ aliquanto Exercitu latenter in terras Prussię. Qui illas ingressũs, exustis et spoliatis plurimis villis, oppida etiã Dzialdow, Tamow,

Newerkien spoliat et exurit, et magnũ numerũ hominum vtriusq3 sexus in Lithuaniã abducit, qd factum licet fuisset, per ducem magnũ Alexandrum tanquã ignorũ de treugis attentatum. Cruciferi tñ nullatenus poterant adduci, ut id ad magnã non ascriberent iniuriã, et duci magno Alexandro ad dolositatem. Obseruabãt itaq3 aptum tempus quos possent Duci magno Alexãdro, prout soliti erant, reddere uicem collecto itaq3 clandestino Exercitu, illum per solitudinem sitam, inter Grodno et Bielsko, per loca Rzebno Stoki, Jaskier, et fluuiũ xietupa transmittunt, et hominibus Duc, qui in solitudine excubias faciãt, fumus enim illos prodiderat, circa Jasker comprehensis, et interfectis, die dominico Ramispalmarũ in Volkouiska, vbi nõ paruus populus Lithuanor, ad diuina audienda conuenerat, irrũpũt, aduenĩunt, et omnem populũ vtriusq3 sexus de Lithuanis et Ruthenis spoliato, et excusto, illo loco captiuant, et cũ captiuis per viam qua venerant celeriter reuertuntur. Qua nouitate Dux magnus Alexander, qui in Vslonini septem miliaribus distabat à loco illo turbatũs, et pauore nimio consternatus illico, tantũmodo consorte sua

Anna recepta in densas syluas et aquosa lutosaqꝫ latibula versus Sditow se contulit, vbi mansit, donec de recessū Cruciferorū certificatus. Locus aūt per quem Cruciferorꝫ ibat et redibat exercitus magnam effecit stratam in huiusmodi solitudine, quæ in signū facti huius etiam in hanc diem apparet et perseuerat. Abinde obseruari solitum est, ut excubatores nō nisi de corticibus quercinis, quæ fumū non dant, ne prodi possint focos extruant.

Alexander quintus Pontifex Romanus Ludouicū ducem Andeganensē regē Siciliæ pisis creat et Venceslaum Regem Romanorꝫ nominat.

Vicesima

Vicesima tertia Junij Cardinales utriusqs obedientię con-
claue ingressi, frem Petrum ordinis minor. tituli duodecim
Apostolorum, presbiter. Cardinalem in Papa concorditer,
vt supra tetigimus elegerunt, ætate septuagenarium, qui
Alexandri quinti appellatiõm fortitus, nonis Julij Pisis
coronatus. Hic natione Grecus ex creta oriundus, nũ-
quam parentes, cognatos, aut aliquos carnis i demptita-
te coniunctos, quemadmodum relatione ipsius comper-
tum est, dinoscens. Sed quærentem eũ in puericia per mẽ-
dicitatem victum, quidam fr ordinis minor. Italicus re-
colligens, in latino sermone instructum, regulari habitũ
indũit et ad Italiam perduxit, ubi artibus liberalibus
eruditus, primũ in Oxomense, deinde in Peruskense stu-
dium destinatus, insignis Magr in Theologia euasit.
Posthæc Longobardiam veniens fauore Ducis Mediolani
plures Ecclesias Cathedrales, et postrem̃a Mediolanen̄
rexit, homo benignus et liberalis, omni petenti se nihil
negare sciens: ob quã rem curia Romã sub breui tẽpore
per inexperientiã simplicitate et liberalitate ipsius fu-
it notabiliter deformata, fres minores ad Epatum &
prelaturas promouens. Baltasaris de Cossa Cardinalis

qui illius electiõm in Papatum, se neglecto persuaserat, in singulis agendis consilijs directus. Excepit aũt prædictus Alexander Ludouicũ ducem Andegauensem, filium quondam Ludouici ad se in Pisas uenientem, magno honore, et ipsũ de Concilio Cardinalium in Siciliæ regem sublimat. Circa finem aũt Mensis octobris propter pestem Epidimiæ ex Pisis recedens in Pratum, deinde in Pistorium, ubi aliquanto tempore mansit se contulit Bohemiæ quoqs regem Venceslaum pro rege Romanorũ et non Rupertum nominare cœpit. Ex quo illi Rupertus offensus, obedientiam suam in Germania turbare non destitit:-

Exercitus Polonicus dimittitur Comitia in Niepolomicze celebrantur Varcislaus quod Castro Bobrownikij Pruthenis cesserit ad perpetuos carceres condemnatur. Legati ituri Pragam nominantur.

Treugis confectis, quæ tamen vulgaribus & rei ignaris erant plurimũ displicibiles et molestę, quibus illas corruptis largitione Consiliarijs calumniabantur interpositas Exercitu licentiato Polonię Rex Vladislaus a Bidgostia recedit, et per Tneynam Posnaniã uadit, et abinde indicta generali Conuentione in villa Nicpolomicze, procedit versus Cracouiã, et in festo Sancti Martini agit conuentiõm generalem in Nicpolomicze ubi conuenientibus Prælatis et Baronibus regni instauratur iudiciũ horrendum cõn Varczislaũ de Gotartowicze qui infideliter agens Castrũ Bobrownilci nulla pressus necessitate Cruciferis tradiderat. Et quamuis prędictus Varczislaus pro excusatione facinoris sui allegasset, qđ. resignatiõm Castri prædicti de scientia Nicolai Kuropwskij Archiepi Gnesnẽn et eius mandato feciſſet, et fuissent litere super hac materia productæ et scrupulosius examinate, compertũ tamen fuit finaliter, eũdem Varczislaum inique egisse, et merito culpabilem esse, propter quod traditus fuit Vladislaus regi tanquã reus et culpabilis puniendũs, qui illũ in Castrũ Thanczin in captiuitatem perpetuam tradi mandauit. Verum exposteã ano

sequenti de Cruciferis obtenta victoria illum sicut et omnes captiuos alios absoluit. Sed post illam absolu: tiom pauco tempore idem Varczislaus superuixit.

In eadem conuentione nominati fuerunt et electi Nuncij notabiles prælati et Barones in Pragã, pro die Dominica Inuocauit, ad audiendam sententiã arbitralem, in Vla: dislaũ Poloniæ Regem et Cruciferos proferendam ituri et omnes eis tũc fuerũt instructiones ad rem prębitę.

Ioannes Huss hęresi Viklefitax Pragæ ex: citat :-

Hæresis Vikleff. quæ an annos multos regnũ Angliæ grauissime infecerat, in Regno Bohemiæ in ciuitate Pragensi, ubi tunc gẽrale iugebat studiũ per Ioannem Huss Bohemũ reactensa et resuscitata est, permittẽte occulto Dei iudicio, et in breuissimo tempore dissimu: lante Venceslao Bohemiæ Rege et Zophia de Bauaria

Regina Bohemię, cum aliquibus consiliarijs eā nu:
triente, serpens totū regnū Bohemię infecit. Solo aūt
liuore et inuidia dictus Ioannes Huss, quia per im:
petratiōm cuiusdam de præbenda Pragēn, fuit iure
exclusus, huiusmodi Viklefistarū fabricare hęresim
cæpit, et quia erat hō magnæ scientiē, et eloquentiæ
singularis quoqꝫ et exemplaris vitæ, et propter suā
prædicatiōm & expressiuam plurimū dilectus à vul:
go, facile æstimatione sua Bohemorū pectoribus, sua:
pte ad nouādas res, et in arrogantiam singularemqꝫ
procliues hęresis huiusmodi virus plantauit, qua fim:
brias suas sensim dilatante, studium gērale mādato,
sedis Apostolicæ dissolutū, et practicari in Praga
prohibitum est, et omnes exterarū gentiū scholares.
Item omnes religiosi et sacerdotes qui hæresim ortā
abominabantur de studio è ciuitate pulsi, pleriqꝫ e:
tiam trucidati. Seditiones magnæ in populo exortæ,
bella intestina et latrocinia aucta, et omnis vnitas,
ordo, pulchritudo, et decus Regni Bohemię pessū:
data. Inualescente siquidē hęresi præfata, fuerūt
passim per laicos temporalia Ecclesię Dei & mīstris

eius ablata, et omnes spirituales qui hæresi consẽ-
tire nolebant, aut occisi, aut violati, aut expulsi.
Templa incensa prophanata, et diruta: ossa, et insi-
gnes S. Venceslai patriæ illius Principis et patroni, a-
liorũq; sanctorũ disiecta et conculcatę reliquię, glo-
riosũ Carthusiensium monasterium & plures aliæ
Aedes sacræ usq; ad solum ruinatæ et omnibus bonis
partim trucidatis, partim exclusis et diffugientibus,
malignus quisq; illic habuit receptaculũ et cubile.

Multiplicatis aũt scęlestis viris pluriũ iniquitates
stũdys, malignorũ hominũ in Bohemia pullularunt,
eoq; malignitatis ventũ fuerat, ut etiam nonulli Sa-
thanæ satellites, sectam Picardorũ, publicos & per-
miscuos concubitus permittentem, aliquanto tempo-
re exercũerint.

Auxerat dogma peruersũ Petri Anglici in Pra-
gam aduentũs, qui ex eo tempore vsq; ad diem mor-
tis suæ illic degens, Anglicana venena, quæ ex li-
bris Wicleff didicerat. Bohemicæ nationi propinabat.
Quæ omnia mala (proch dolor) Bohemico Regno
præstiterunt. Magistroy inflatorũ et doctoy prũ-

rientiũ et plus quã oportet sapere enitentiũ in opini:
onibus diuisiones, et int̃prætatationes improuidę scri:
pturarum. Atq; hę ex superbię tumore prouenientes,
ita ut exinde patria gloriosa, et natio p̃clara Sla:
vonica, redderetur foeda, turpis, & ingloria.

Vladislaus Alexandro quinto Pontifici Romano nõ ignoto sibi obedientiam profitetur.

Stante Vladislao Poloniẽ rege in Niepolomicsensi
conuentũ, venit ad suã maiestatem Nuncius Cardi:
nalium Romanæ Ecclesiæ, Nicolaus de Vladisla:
via cum literis eorũdem Cardinaliũ significantib.
qualr̃ ipsi vniom̃ Ecclesiæ diuturno iam tempore scis:
sæ Zelati Gregorium Venetianũ de Corario duode:
cimũ, et Bẽdictũ tredecimũ, als̃ Petrũ de Luna, de Pa:
patu contendentes, et sua contentione Schisma
pestiferum nutrientes, coniũcti ipsi in vnã obedien:

tiam deposuissent, et Alexádrú de Candia Papam indubitatum elegissent, petentes Vladislaú Poloniæ Regem, quatinus et ipsé cum ipsis sentiat, et obedientia Gregorió duodecimo subtracta, in Alexádri de Candia Papæ quinti obedientiam concedat. Quare ad Conciliú relata, decernétibus consiliarijs Vladislaus Poloniæ Rex Gregorio duodecimo quamuis sibi amicissimó deserto. Is enim Decanatú Cracouiensem, et præpositurá Gnesnensem ius conferendi, dútaxat ad vitá Vladislao Regi contulerat. Alexandri quinti in Pisano concilio, quod tunc agebatur conformiter: in Súmú Pontificem electi, obedientiam professus est. Erat insuper Alexádro quinto iam inde ab eo tempore, dum in minoribus agens: terras Rússiæ visitaret, familiaritas cótracta cum Vladislao Rege Poloniæ adhuc in gétilitatis errore constituto.

Vladislaus de apparatu belli Prutheni ci Brescię consultans deq; fabricãdo ponte Nunciũ sũmi Pontificis Camieniciæ

excipit, ferasq; venãdo captas salc condit & Plociam mittit, pro futuri belli comcatũ ædem sacram LVBOMLIÆ ex lignis vno die excitat:-

Discessũ a Priepotomicie facto Vladislaus Polonię Rex versus Lithuaniã contẽdit: cõventiõm in Brzescie Ruthenicali cũ Alexãdro duce magno Lithuanię, quã sibi denũciauerat a:

cturus. Festo aũt Sancta Catherinæ apud Lublin ce-
lebrato, pro festo Sancti Andreæ venit in Brzescsiẽ,
vbi suam Maiestatem, Dux Lithuaniæ Alexander
vno miliari occursũ facto debita reuerentia excepit.
Ibi omnem progressum belli futuri cõ Cruciferos ge-
rendi Vladislaus Rex Poloniẽ cũ Alexandro ma-
gno Duce Lithuaniẽ, solo Nicolao Tramba Regni
Poloniæ vicecancellario conscio, secretissime consi-
ciunt. Imperatorem denigs Thartharor, quem Ale-
xander Dux Lithuaniæ in Brzesczie adduxerat,
pro futuro bello cũ gente Tartharica eis solatia itur,
perliciunt. Illic insuper componũt, quo die, quoue lõco
copiæ Polonica et Lithuanicæ conueniant, et quo
pacto Vislam superent. Disponunt insuper fieri
pontẽ nũgs alias visum ex nauibus, cuius fabrica
ex Dobrogostio Nigro de Odrzirol Capitaneo Ra-
domiensi nobili de dõ Natęcz, à Vladislao rege fu-
it mandata. Parabatur aũt pons huiusmodi expẽ-
sis regiis in Koziniczẽ secrete, per quendã subtilẽ
artificem Jaroslaũ, et tota hyems illa in eius per-
fectione absumpta.

Vladislaus Poloniæ Rex, rebus omnibus pro instaurando bello futuro Pruthenico ordinatis ex Brzesczie uadit in Camieniecz Ruthenicale Alexandro Duce magno Lithuanie eum concomitante, vbi ad suam Serenitatem Bullæ Alexandri quinti speciali Nuncio allatæ sunt, quibus significabat suã conformẽ electiõm et rogabat, vt sibi tanquã vniuersalis Ecclesię indubitato Summo Pontifici a Cardinalibus vtriusqꝫ de Papatũ contendentibus electo, præstare obedientiã nõ negaret. Quod et Vladislaus Polonię Rex iuxta decreta conuentionis in Niepołomicze facta, vna cũ Alexandro duce Lithuanie respõdit se facturum. Ex Camieniecz Vladislaus Rex processit ad venationes in Białowicze vltra fluuium Lsznã Alexandro duce Lithuanię cũ Tartharorꝫ Imperatore in Lithuaniã diuertente, quem pro toto hyemis tempore, et vsqꝫ prope festũ Sancti Ioannis Baptistæ, in terris suis cũ gente sua et vxoribus tenuit. Vladislaus aũt Polonię Rex venationi dans operam, apud Białowicze octo diebus demoratus. sub quibus multas feras syluestres cæpit et sale infusas, in uasis per Narew et Vislam in Płoczko

pro futuro bello aſseruandas transmisit. Deinde in ter-
ram regni sui Chelmensem per Camieniecz, Kobrin & La-
ski perueniens, dies Natalis Chri apud Lubomla egit.
Vbi etiam vno die Ecclesiam pro Catholicis illic degen-
tibus ex lignis fabricat, dotat, et per Gregoriũ Vladi-
mirien, als Lucensem Epum frem ordinis prædicator
consecrari procurat. Idcirco aũt hyeme illa Vladisla-
us Poloniæ Rex in Lithuaniã iũx consuetudim obser-
uatam ire distulit. quoniã difficile fuisset Alexãdro
Duci magno Lithuaniæ, et stationibus regem procurare,
et expeditioni rerum in bellũ necessariarũ intendere.
Sed et Vladislaus Poloniæ Rex neceſse habebat in
regno suo Poloniæ curam de multis intendere, quæ il-
lum nõ permiserãt in Lithuaniã procedere iũx morẽ.

Ruperti Romanorũ regis Gregorij Duodecimi factionẽ

fouentis vnionẽq; dissoluent Legati in Pisano Concilio
ridentur.

1261.
1279.

Landulphus Cardinalis Barensis ex Concilio Pisano in Germaniam missus, pro die Epiphanię Frankfordiam supra Maijum peruenit, vbi Rupertus Romanorum Rex, cum Magñutinẽn et Colnien Archiepis. Henrico duce Brunswicsen Hermano Langrauio Hessia Friderico Misnẽn, et Friderico Brandeburgẽn Marchionibus, cæterisqs Almanię Principibus. Item Francorũ et Anglię regum Oratoribus, diætam ad procurãdã vnionem in Ecclia dei tenebat, vbi dum sex diebus practicando modos vnionis exegissent, venit ex parte Gregorij duodecimi nepos suus Anthonius Cardinalis, et prolixo sermone vsqs ad fastidium vsus est, factũ Gregorij iustificans et Cardinalium qui Pisis congregati erant opera impugnans. Rupertus itaqs Romanor Rex prece incertum est corruptus an precio, contemptis saluberrimis principum Almanię et Oratorũ Francię et Anglię regũ Consilijs, vnionẽ per medium Concilij Pisani procurari suadentibus, partes Gregorij notabilr fouere cæpit, notabilesqs ambasiatores vcst Archiepum Rigensẽ, Epum Varmatien, et Electũ Verdensẽ, ad Gregoriũ pre-

1280

fatū destinauit. Ex quo Gregorius ipse obstinatior fa:
ctus est, placita enim sibi, prout iussi erant et nō vnio:
nem promouentia loquebantur. Propter quod Gregorius
ipse placere amplius Ruperto uolens Epūm Vormaci:
ensem creauit in Cardinalem, quem tamen ne Epātu
priuaretur suscipere detractauit. Electus deinde
Verdēn in Pisis ad Conciliū accedens, persuadere Car:
dinalibus, et patribus in eo cōgregatis, quemadmodū
per Gregorium instructus erat, nitebatur. Vt aliū
locū Gregorium aptum pro Concilio deligerent, quod
cum obtinere nō posset, in appellatiōm prorupit, asse:
rens nomine dicti Ruperti regis Concilium gērale
in casu Schismatis, nisi auctoritate Imperiali cō:
gregari nō posse. Fuerunt aūt ipsi Romanorū Rex
Rupertus et consiliarij, atqꝫ Ambasiatores sui, à
doctis et grauibus viris, nō secus quā delirantes ir:
risi, vt qui vniōm quā promouere debuerāt, varijs
et infestis modis perturbabant ~

Incipit liber Vndecimus.

A

S D



P K

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.